

H Y M N I
DE TEMPORE ET DE SANCTIS
IN TEXTU ANTIQUO ET NOVO
CUM TONIS USITATIS
IN CONGREGATIONE GALLICA O.S.B.

ACCEDUNT HYMNI PROPRII EJUSDEM CONGREGATIONIS

CUM APPENDICE PRO ALIQUIBUS LOCIS



SOLEMIS
EX TYPOGRAPHIA SANCTI PETRI

1885

Absit libido sordidans,
Et omnis actus nōxius.
Ne fœda sit vel lúbrica
Compago nostri cōporis,
Per quam Avérni ignibus
Ipsi cremémur ácrius.

Ob hoc, Redéfiptof, quæ-
sumus

Ut probra nostra díluas;
Vitæ perennis cōmmoda

Nobis benigne cōferas.
Quo carnis actu exsules,

Effecti ipsi cælibes,
Ut præstolamur cernui,
Melos canamus gloriæ.

Præsta, Pater piissime,
Patrique compar Unice,
Cum Spíritu Paráclito
Regnans per omne sæculum.
Amen.

Secundum usum novum.

PRIMO die, quo Trinitas
Beata mundum cōdedit,
Vel quo resurgens Cónditor
Nos morte victa liberat :

Pulsis procul torpóribus
Surgamus omnes ócius,
Et nocte quæramus Deum,
Prophéta sicut præcipit.

Nostras preces ut audiat,
Suámque dextram pórrigat,
Et expiátos sórdibus
Reddat polórum sédibus :

Ut quique sacratissimo
Hujus diéi tempore
Horis quiétis psállimus,
Donis beatís múnneret.

Jam nunc, Paterna cláritas,

Te postulamus áffatim,
Absint faces libidinis,
Et omnis actus nōxius :

Ne fœda sit vel lúbrica
Compago nostri cōporis,
Ob cujus ignes ignibus
Avérnus urat ácrius.

Mundi Redémptor, quæsu-
mus,

Tu probra nostra díluas,
Nobisque largus cōmmoda
Vitæ perennis cōferas.

Præsta, Pater piissime,
Patrique compar Unice,
Cum Spíritu Paráclito
Regnans per omne sæculum.

Amen.

HYMNUΣ ÆSTIVUS

Cantatur sub eodem tono ac in Laudibus Ecce jam noctis.

NOCTE surgéntes vigilémus omnes :
Semper in Psalmis meditémur, atque
Víribus totis Dómino canamus
Dúlciter hymnos.

Ut pio Regi páriter canéntes,
 Cum suis Sanctis mereámur aulam
 Ingrédi cœli, simul & beátam
 Dúcere vitam.

Præstet hoc nobis Déitas beáta
 Patris ac Nati, paritérque Sancti
 Spíritus, cuius réboat in omni
 Glória mundo. Amen.

Secundum usum novum.

Nocte surgéntes vigilémus omnes :
 Semper in Psalmis meditémur, atque
 Voce concórdi Dómino canámus
 Dúlciter hymnos,
 Ut pio Regi páriter canéntes,
 Cum suis Sanctis mereámur aulam
 Ingredi cœli, simul & perénnem
 Dúcere vitam.

Præstet hoc nobis Déitas beáta
 Patris ac Nati, paritérque Sancti
 Spiritus, cuius résont per omnem
 Glória mundum. Ameri.

- 2 -

DOMINICA AD LAUDES*HYMNUS HIEMALIS*

I.

AE - TERNE re-rum Cóndi-tor, Noctem di-ém-
 que qui re-gis, Et témpo-rum das témpo-ra, Ut
 álleves fastidi- um.

Dominica ad Laudes

Præco di- é- i jam sonat, Noctis profundæ pér-
vi-gil, Noctúrna lux vi- ántibus, A nocte noctem
ségregans.

Hoc excitatus lúcifer
Solvit polum calígine,
Hoc omnis errónum cohors
Viam nocéndi déserit.

Hoc nauta vires colligit,
Pontique mitéscunt freta :
Hoc, ipsa Petra Ecclésiæ,
Canénte, culpam diluit.

Surgámus ergo strénue,
Gallus jacéntes éxitat,
Et somnoléntos íncrépat,
Gallus negántes árguit.

Gallo canénte spes reddit,
Ægris salus refúnditur,

Mucro latrónis cónditur,
Lapsis fides revértitur.

Jesu labéntes réspice,
Et nos vidéndo córrige :
Si réspicis, lapsi stabunt,
Fletúque culpa sólvitur.

Tu lux refúlge sénsibus,
Mentisque somnum díscute,
Te nostra vox primum sonet,
Et vota solvámus tibi.

Deo Patri sit glória,
Ejúsque soli Filio,
Cum Spíritu Paráclito,
Et nunc, & in perpétuum.

Amen.

Secundum usum novum.

ÆTERNE rerum Cónditor,
Noctem diémque qui regis,
Et témporum das témpora,
Ut álleves fastídium.

Noctúrna lux viántibus
A nocte noctem ségregans,
Præco diéi jam sonat,
Jubárque solis évocat.

Hoc excitatus Lúcifer

Solvit polum calígine ;
Hoc omnis errónum cohors
Viam nocéndi déserit.

Hoc nauta vires colligit,
Pontique mitéscunt freta :
Hoc, ipsa Petra Ecclésiæ,
Canénte, culpam diluit.

Surgámus ergo strénue :
Gallus jacéntes éxitat,

Et somnoléntos increpat ;
Gallus negántes árguit.

Gallo canénte spes redit,
Ægris salus refúnditur :
Mucro latrónis cónditur,
Lapsis fides revertitur.

Jesu, labántes ríspice,
Et nos vidéndo corrige :
Si ríspicis, labes cädunt,

Fletúque culpa sólvitur.
Tu lux' refúlge sénsibus,
Mentísque somnum díscute :
Te nostra vox primum sonet,
Et vota solvámus tibi.
Deo Patri sit glória,
Ejúsque soli Filio,
Cum Spíritu Paráclito,
Nunc & per omne sæculum.
Amen.

- 3 -

HYMNUS ÆSTIVUS

IV.

The musical notation consists of four staves of square neumes on a four-line staff system. The first staff begins with a large capital 'E'. The lyrics correspond to the notes as follows:

- Staff 1: Ecce
- Staff 2: C-ce
- Staff 3: jam noctis tenu-á-tur umbra,
- Staff 4: Lu-cis
- Staff 5: auró-ra rú-ti-lans corúscat, Ní-sibus to-tis rogi-
- Staff 6: témus omnes Cuncti po-téntem.

Ut Deus nostri miserátus, omnem
Pellat languórem, tribuat salútem,
Donet & nobis pietáte Patris
Regna polórum.

Præstet hoc nobis Déitas béata
Patris, ac Nati, paritérque Sancti
Spíritus, cuius réboat in omni
Glória mundo. Amen.

Secundum usum novum.

Ecce jam noctis tenuáтур umbra,
Lux & auróræ rútilans corúscat :

Feria secunda ad Matutinum

Súpplices rerum Dóminum canóra
Voce precémur.

Ut reos culpæ miserátus, omnem
Pellat angórem, tríbuat salútem,
Donet & nobis bona sempitérnæ
Múnera pacis.

Præstet hoc nobis Déitas beáta
Patris, ac Nati, paritérque Sancti
Spiritus, cujus résonat per omnem
Glória mundum. Amen.

- 4 - FERIA SECUNDA AD MATUTINUM

VI.

S

The musical notation consists of two staves of square neumes on a four-line staff system. The first staff begins with a large 'S' and ends with 'gimus :'. The second staff begins with 'Nobis, Pater, canéntibus' and ends with 'póscimus.'.

Te lingua primum cóncinat,
Te mentis ardor ámbiat :
Ut áctuum sequéntium
Tu, Sancte, sis exórdium.
Cedant tenébræ lúmini,
Et nox diúrno síderi :
Ut culpa, quam nox intulit,
Lucis labáscat múnere.
Precámur iídem súpplices,
Noxas ut omnes ámputes,
Et ore te canéntium
Laudéris in perpétuum.

Præsta, Pater piíssime,
Patrique compar Unice,
Cum Spíritu Paráclito
Regnans per omne sæculum.
Amen.

Secundum usum novum.

SOMNO reféctis ártubus,
Spreto cubili, súrgimus ;
Nobis, Pater, canéntibus
Adésse te depóscimus.

Te lingua primum cóncinat,

Te mentis ardor ámbiat :

Ut áctuum sequéntium

Tu, Sancte, sis exordium.

Cedant tenébræ lúmini,

Et nox diurno síderi;

Ut culpa, quam nox intulit,

Lucis labáscat múnere.

Precámur idem súpplices,

Noxas ut omnes ámputes,

Et ore te canéntium,

Laudéris omni témpore.

Præsta, Pater piissime,

Patrique compar. Unice,

Cum Spíritu Paráclito

Regnans per omne sæculum.

Amen.

In eodem cantu ad Matutinum & ad Laudes dici debent cæteri Hymni feriales per totam hebdomadam.

FERIA SECUNDA

AD LAUDES

SPLENDOR paternæ gloriæ,

De luce lucem próferens,

Lux lucis et fons lúminis,

Diem dies illúminans :

Verúsque Sol illábere,

Micans nitore pépeti :

Jubárque Sancti Spíritus

Infunde nostris sénsibus.

Votis vocémus & Patrem,

Patrem perennis gloriæ,

Patrem poténtis gratiæ,

Culpam reléget lúbricam.

Confirmet actus strénuos,

Dentes retúndat invidi :

Casus secundet ásperos,

Donet geréndi gratiæ.

Mentem gubernet & regat,

Casto, fideli corpore;

Fides calore ferveat,

Fraudis venéna nésciat.

Christúsque nobis sit cibus,

Potusque noster sit fides :

Læti bibámus sóbriam

Ebrietatem Spíritus.

Lætus dies hic tránseat,

Pudor sit ut dilúculum,

Fides, velut mérides,

Crepúsculum mens nésciat.

Auróra cursus próvehit,

Auróra totus pródeat,

In Patre totus Filius,

Et totus in Verbo Pater.

Deo Patri sit glória,

Ejúsque soli Filio,

Cum Spíritu Paráclito,

Et nunc, & in perpétuum.

Amen.

Secundum usum novum.

SPLENDOR Paternæ gloriæ,

De luce lucem próferens,

Lux lucis & fons lúminis,

Diem dies illúminans :

Verúsque sol illábere,

Micans nitore pépeti :

Jubárque Sancti Spíritus

Infunde nostris sénsibus.

Votis vocémus & Patrem,

Patrem poténtis gratiæ,

Patrem perennis gloriæ,
Culpam reléget lúbricam.

Confírmet actus strénuos :
Dentes retündat ínvidi,
Casus secúndet ásperos,
Agénda recte dírigat.

Mentem gubénet & regat :
Sit pura nobis cástitas :
Fides calore férveat,
Fraudis venéna nésciat.

Christúsque nobis sit cibus,
Potúsque noster sit fides :
Læti bibámus sóbriam
Profusióinem Spíritus.

Lætus dies hic tránseat :
Pudor sit ut dilúculum :
Fides velut merídes :
Crepúsculum mens nésciat.

Auróra lucem próvehit,
Cum luce nobis pródeat
In Patre totus Fílius,
Et totus in Verbo Pater.

Deo Patri sit glória,
Ejúsque soli Fílio,
Cum Spíritu Paráclito,
Nunc, & per omne sæculum.

Amen.

Expélle somnoléntiam,
Ne pigritántes óbruat.

Sic Christe nobis ómnibus
Indúlgeas credéntibus,
Ut prosit exorántibus
Quod præcinéntes psállimus.

Præsta, Pater piíssime,
Patriqué compar Unice,
Cum Spíritu Paráclito,
Regnans per omne sæculum.

Amen.

FERIA TERTIA

AD LAUDES

ALES diéi núntius
Lucem propínquam præcinit ;
Nos excitátor méntium
Jam Christus ad vitam vocat:

Auférte, clamat, léctulos,
Ægro sopóre désides :
Castique, recti, ac sóbrii,
Vigiláte : jam sum próximus.

Jesum ciámus vócibus,
Flentes, precántes, sóbrii :
Inténta supplicátio
Dormíre cor mundum vetat.

Tu Christe somnum dis-
cute,

Tu rumpe noctis víncula,
Tu solve peccátum vetus,
Novúmque lumen íngere.

Deo Patri sit glória,
Ejúsque soli Fílio,
Cum Spíritu Paráclito,
Et nunc, & in perpétuum.

Amen.

FERIA TERTIA

AD MATUTINUM

CONSORS Paténni lúminis,
Lux ipse lucis & dies,
Noctem canéndo rúmpimus,
Assíste postulántibus.

Aufer tenébras méntium,
Fuga catérvas dæmonum :

Doxologia secundum usum novum.

Deo Patri sit glória,
Ejúsque soli Fílio,
Cum Spíritu Paráclito,
Nunc & per omne sæculum.

FERIA QUARTA

AD MATUTINUM

RERUM Créator óptime,
Rectórque noster ádspice:
Nos a quiéte nóxia,
Mersos sopóre líbera.

Te, sancte Christe, pósdimus,
Ignósce tu crímibüs :
Ad confitendum súrgimus,
Morásque noctis rúmpimus.

Mentes manúsque tollimus,
Prophéta sicut noctibus,
Nobis geréndum præcipit,
Paulúsque gestis cénsuit.

Vides malum quod géssimus,
Occulta nostra pándimus,
Preces geméntes fúndimus,
Dimítte quod peccávimus.

Præsta, Pater piíssime,
Patrique compar Unice,
Cum Spíritu Paráclito,
Regnans per omne sæculum.

Amen.

Secundum usum novum.

RERUM Créator óptime,
Rectórque noster, ádspice :
Nos a quiéte nóxia
Mersos sopóre líbera.

Te, sancte Christe, pósdimus,
Ignósce culpis ómnibus,
Ad confitendum súrgimus,
Morásque noctis rúmpimus.
Mentes manúsque tollimus,
Prophéta sicut noctibus
Nobis geréndum præcipit,
Paulúsque gestis cénsuit.

Vides malum quod férimus;
Occulta nostra pándimus :
Preces geméntes fúndimus,
Dimítte quod peccávimus.

Præsta, Pater piíssime,
Patrique compar Unice,
Cum Spíritu Paráclito
Regnans per omne sæculum.

Amen.

FERIA QUARTA

AD LAUDES

Nox, & tenébræ, & núbila,
Confusa mundi, & túrbida ;
Lux intrat, albescit polus :
Christus venit : discédite.

Caligo terræ scinditur,
Percussa solis spículo :
Rebusque jam color reddit,
Vultu niténtis sideris.

Te, Christe, solum nòvimus,
Te mente pura & simplici,
Flendo, & canendo, quæsumus,
Inténde nostris sénsibus.
Sunt multa fucis illita,
Quæ luce purgéntur tua :
Tu lux Eói sideris,

Vultu sereno illúmina.
Deo Patri sit glória,
Ejúsque soli Fílio,
Cum Spíritu Paráclito,
Et nunc, & in perpéuum.
Amen.

Secundum usum novum.

Nox & tenébræ, & núbila,
Confusa mundi, & túrbida :
Lux intrat, albescit polus :
Christus venit, discédite.

Caligo terræ scinditur
Percussa solis spículo,
Rebusque jam color redit
Vultu nitentis síderis.

Te Christe solum nòvimus,
Te mente pura & simplici,
Flendo & canendo, quæsumus,
Inténde nostris sénsibus.

Sunt multa fucis illita,
Quæ luce purgéntur tua :
Tu vera lux cœlestium
Vultu sereno illúmina.

Deo Patri sit glória,
Ejúsque soli Fílio,
Cum Spíritu Paráclito,
Nunc & per omne sæculum.

Amen.

**FERIA QUINTA
AD MATUTINUM**

Nox atra rerum cóntegit
Terræ colóres ómnium :
Nos confiténtes pósclimus
Te, juste iudex córdium.

Ut áuferas piácula,
Sordésque mentis ábluas,
Donésque, Christe, grátiam,
Ut arceántur crímina.

Mens ecce torpet ímpia,
Quam culpa mordet nòxia ;
Obscúra gestit tollere,
Et te, Redémptor, quærere.

Repelle tu caliginem,
Intrinsecus quam máxime :
Ut in beato gáudeat
Se collocári lúmine.

Præsta, Pater piissime,
Patrique compar Unice,
Cum Spíritu Paráclito
Regnans per omne sæculum.

Amen.

**FERIA QUINTA
AD LAUDES**

Lux ecce surgit áurea ;
Pallens fatiscat cæcitas,
Quæ nosmet in præcps diu
Erróre traxit dévio.

Hæc lux serénum cónferat,
Purósque nos præstet sibi :
Nihil loquámur súbdolum :
Volvámus obscúrum nihil.

Sic tota decúrrat dies,
Ne lingua mendax, ne manus,
Oculíve peccent lúbrici,
Ne noxa corpus ínquiet.

Speculátor adstat désuper,
Qui nos diébus ómnibus,
Actúsque nostros próspicit,
A luce prima in vésperum.

Deo Patri sit glória,
Ejúsque soli Filio,
Cum Spíritu Paráclito,
Et nunc, & in perpétuum.
Amen.

Secundum usum novum.

Lux ecce surgit áurea,
Pallens facéssat cæcitas,
Quæ nosmet in præceps diu
Erróre tráxit dévio.

Hæc lux serénum cónferat,
Purósque nos præstet sibi :
Nihil loquámur súbdolum,
Volvámus obscúrum nihil.

Sic tota decúrrat dies,
Ne lingua mendax, ne manus
Oculíve peccent lúbrici,
Ne noxa corpus inquiet.
Speculátor adstat désuper,
Qui nos diébus ómnibus,
Actúsque nostros pròspicit
A luce prima in vésperum.

Deo Patri sit glória,
Ejúsque soli Filio,
Cum Spíritu Paráclito,
Nunc & per omne sæculum.
Amen.

FERIA SEXTA
AD MATUTINUM

Tu Trinitatis Unitas,
Orbem poténter quæ regis,
Atténde laudum cántica,
Quæ excubántes psállimus.
Nam léctulo consúrgimus

Noctis quiéto témpore,
Ut flagitémus vúlnerum
A te medélam ómnium.
Quo fraude quidquid dæ-
monum

In noctibus delíquimus,
Abstérgat illud cœlitus
Tuæ potéstas gloriæ.
Ne corpus adsit sórdidum,
Nec torpor instet córdium,
Nec criminis contágio
Tepéscat ardor spíritus.

Ob hoc Redémptor, quæ-
sumus,
Reple tuo nos lúmine,
Per quod diérum círculis,
Nullis ruámus áctibus.
Præsta, Pater piíssime,
Patrique compar Unice,
Cum Spíritu Paráclito
Regnans per omne sæculum.
Amen.

Secundum usum novum.

Tu Trinitatis Unitas,
Orbem poténter quæ regis,
Atténde laudis cánticum,
Quod excubántes psállimus.

Nam léctulo consúrgimus
Noctis quiéto témpore,
Ut flagitémus ómnium
A te medélam vúlnerum.
Quo fraude quidquid dæ-
monum
In noctibus delíquimus,
Abstérgat illud cœlitus

Tuæ potéstas gloriæ.

Ne corpus adstet sórdidum,

Nec torpor instet córdium,

Nec criminis contágio

Tepescat ardor spíritus.

Ob hoc, Redémptor, quæsumus,

Reple tuo nos lúmine,

Per quod diérum círculis

Nullis ruámus áctibus.

Præsta, Pater piíssime,

Patrique compar Unice,

Cum Spíritu Paráclito

Regnans per omne sǽculum.

Amen.



FERIA SEXTA

AD LAUDES

ÆTERNA cœli glória,

Beáta spes mortálium,

Celsi Tonántis Unice,

Castæque proles Vírginis :

Da déxteram surgéntibus,

Exsúrgat & mens sóbria,

Flagrans & in laudem Dei,

Grates repéndat débitas.

Ortus refúlget Lúcifer,

Sparsámque lucem núnktiat :

Cadit caligo nóctium :

Lux sancta nos illúminet,

Manénsque nostris sénsibus,

Noctem repéllat sæculi,

Omníque fine diéi

Purgáta servet péctora.

Quæsita jam primum Fides

Radicet altis sénsibus ;

Secúnda Spes congáudeat,

Qua major exstat Cháritas.

Deo Patri sit glória,

Ejúsque soli Filio,

Cum Spíritu Paráclito,

Et nunc, & in perpéatum.

Amen.

Secundum usum novum.

ÆTERNA cœli glória,

Beáta spes mortálium,

Summi Tonántis Unice,

Castæque proles Vírginis :

Da déxteram surgéntibus,

Exsúrgat & mens sóbria,

Flagrans & in laudem Dei

Grates repéndat débitas.

Ortus refúlget lúcifer,

Prætque solem núnktius :

Cadunt tenébræ nóctium :

Lux sancta nos illúminet.

Manénsque nostris sénsibus,

Noctem repéllat sæculi,

Omníque fine témporis

Purgáta servet péctora.

Quæsita jam primum Fides

In corde radices agat :

Secúnda Spes congáudeat,

Qua major exstat Cháritas.

Deo Patri sit glória,

Ejúsque soli Filio,

Cum Spíritu Paráclito,

Nunc & per omne sǽculum.

Amen.

SABBATO

AD MATUTINUM

SUMMÆ Deus clemétiæ,
Mundi factor máchinæ,
Unus potentíaliter,
Trinúsque personáliter :

Nostros pius cum cánticis
Fletus benígne súscipe,
Quo corde puro sórdibus,
Te perfruámur lárgius.

Lumbos jecúrque mórbidum
Adûre igni cóngruo,
Accíncti ut sint pépetim,
Luxu remóto péssimo.

Ut quique horas nóctium,
Nunc concinéndo rúmpimus,
Donis beátæ pátriaæ
Ditémur omnes áffatim.

Præsta, Pater piíssime,
Patríque compar Unice,
Cum Spíritu Paráclito
Regnans per omne sæculum.

Amen.

Secundum usum novum.

SUMMÆ Parens clemétiæ,
Mundi regis qui máchinam,
Uníus & substántiæ,
Trinúsque persónis Deus :

Nostros pius cum cánticis
Fletus benígne súscipe :
Ut corde puro sórdium
Te perfruámur lárgius.

Lumbos jecúrque mórbidum
Flammis adûre cóngruis,

Accíncti ut artus éxcubent
Luxu remóto péssimo.

Quicúmque ut horas nó-
ctium

Nunc concinéndo rúmpimus,
Ditémur omnes áffatim
Donis beátæ pátriaæ.

Præsta, Pater piíssime,
Patríque compar Unice,
Cum Spíritu Paráclito
Regnans per omne sæculum.

Amen.

SABBATO

AD LAUDES

AURORA jam spargit polum :
Terris dies illábitur :
Lucis résultat spículum,
Discédat omne lúbricum,

Phantásma noctis décidat ;
Mentis reáitus súbruat :
Quidquid tenébris hórridum
Nox áttulit culpæ, cadat.

Et mane illud últimum,
Quod præstolámur cérnui,
In lucem nobis éffluat,
Dum hoc canóre cóncrepat.

Deo Patri sit glória,
Ejúsque soli Fílio,
Cum Spíritu Paráclito
Et nunc & in pépetuum.

Secundum usum novum.

AURORA jam spargit polum :
Terris dies illábitur :
Lucis résultat spículum :

Discédat omne lúbricum.
Phantásma noctis éxsulet :
Mentis reáthus córruat :
Quidquid tenébris hórridum
Nox áttulit culpæ, cadat :
Ut mane quod nos últimum
Hic deprecámur cérnui,

Cum luce nobis éffluat,
Hoc dum canóre cóncrépat.
Deo Patri sit glória,
Ejúsque soli Fílio,
Cum Spíritu Paráclito,
Nunc & per omne sǽculum.
Amen.




AD HORAS DIURNAS

*Hymnorum toni ad Horas minores servantur ut infra, nisi
alius ratione Temporis aut Festi vel Octavæ in propriis locis
assignetur.*

AD PRIMAM

- 5 - IN FERII PER ANNUM ET FESTIS SIMPLICIBUS

VI.




J AM lucis orto síde-re, De-um precémur

súpplices Ut in di-úrnis áctibus Nos servet a

nocénti-bus.

- 6 - IN DOMINICIS PER ANNUM ET FESTIS SEMIDUPPLICIBUS

II.



JAM lucis orto síde-re De-um precémur

súpplices, Ut in di- úrnis áctibus Nos servet a
nocéntibus.

Linguam refrænans témpe-
ret,
Ne lítis horror ísonet :
Visum fovéndo cóntegat,
Ne vanitátes háuriat.
Sint pura cordis íntima,
Absístat & vécórdia :
Carnis terat supérbiám
Potus cibique párcitas.
Ut cum dies abscésserit,
Noctémque sors redúxerit,
Mundi per abstinentiam

Ipsi canámus glótiam.
Deo Patri sit glória,
Ejúsque soli Fílio,
Cum Spíritu Paráclito,
Et nunc & in perpétuum.
Amen.

*Doxologia secundum usum
novum.*
Deo Patri sit glória
Ejúsque soli Fílio,
Cum Spíritu Paráclito,
Nunc & per omne sæculum.

IN FESTIS DUPLICIBUS *ut infra ad Tertiam.*

AD TERTIAM


- 7 - IN FERIIS PER ANNUM ET FESTIS SIMPLICIBUS

VIII.


N UNC Sancte nobis Spí-ri-tus, Unum Patri
cum Fí-li- o, Dignáre promptus ínge-ri, Nostro
re-fúsus pécto-ri.

- 8- IN DOMINICIS PER ANNUM ET FESTIS SEMIDUPPLICIBUS


II.



NUNC Sancte nobis Spí-ri-tus, Unum Patri



cum Fí-li-o, Dignáre promptus ínge-ri, No-



stro re-fúsus pécto-ri.

Hoc tono utimur in Festis quæ non sunt I. vel II. Ordinis.


- 9 -

IN FESTIS DUPLICIBUS


VII.



NUNC Sancte nobis Spí- ri-tus, Unum Pa-



tri cum Fí-li-o, Dignáre promptus ínge-ri,



Nostro re-fúsus pé- cto-ri.

Hoc tono utimur in Festis I. & II. Ordinis.

Os, lingua, mens, sensus,

vigor,

Confessióñem pésonent,

Flamméscat igne cháritas,

Accéndat ardor próximos.

Præsta, Pater piíssime,

Patrique compar Unice,

Cum Spíritu Paráclito

Regnans per omne sæculum.

Amen.

Sub iisdem tonis cantatur ad Sextam Hymnus Rector potens, & ad Nonam Hymnus Rerum Deus.

AD SEXTAM

RECTOR potens, verax Deus,
Qui témperas rerum vices,
Splendóre mane ínstruis,
Et ignibus merídiem :
Extíngue flamas lítium,
Aufer calórem nójum,

Confer salútem córporum,
Verámque pacem córdium.
Præsta, Pater piissime,
Patrique compar Unice,
Cum Spíritu Paráclito
Regnans per omne sæculum.
Amen.

Secundum usum novum.

RECTOR potens, verax Deus,
Qui témperas rerum vices,
Splendóre mane illúminas,
Et ignibus merídiem.
Extíngue flamas lítium,
Aufer calórem nójum,

Confer salútem córporum,
Verámque pacem córdium.
Præsta, Pater piissime,
Patrique compar Unice,
Cum Spíritu Paráclito
Regnans per omne sæculum.
Amen.

AD NONAM

RERUM Deus tenax vigor,
Immótus in te pérmancens,
Lucis diúrnæ témpora
Succéssibus detérminans :
Largíre clarum véspera,
Quo vita nusquam décidat,

Sed præmium mortis sacræ
Perénnis instet glória.
Præsta, Pater piissime,
Patrique compar Unice,
Cum Spíritu Paráclito
Regnans per omne sæculum.
Amen.

Secundum usum novum.

RERUM Deus tenax vigor,
Immótus in te pérmancens,
Lucis diúrnæ témpora
Succéssibus detérminans :
Largíre lumen véspera,
Quo vita nusquam décidat,

Sed præmium mortis sacræ
Perénnis instet glória.
Præsta, Pater piissime,
Patrique compar Unice,
Cum Spíritu Paráclito
Regnans per omne sæculum.
Amen.



AD VESPERAS

- 10 - IN DOMINICIS PER ANNUM

VIII.

L Ucis Cre- á-tor óptime, Lucem di- é- rum
 prófe-rens, Primórdi-is lu-cis novæ, Mundi pa-
 rans o-rí-ginem.

Qui mane junctum vésperi
 Diem vocári præcipis,
 Tetrum chaos illábitur,
 Audi preces cum flétiibus.

Ne mens graváta crímine,
 Vitæ sit exsul múnere,
 Dum nil perénne cónitat,
 Seséque culpis illigat.

Cœlorum pulset íntimum,
 Vitále tollat præmium :
 Vitémus omne nójium,
 Purgémus omne péssimum.

Præsta, Pater piissime,
 Patríque compar Unice,
 Cum Spíritu Paráclito
 Regnans per omne sǽculum.

Amen.

Sequendum usum novum.

LUCIS Créator óptime
 Lucem diérum próferens,
 Primórdiis lucis novæ,
 Mundi parans oríginem :

Qui mane junctum vésperi
 Diem vocári præcipis,
 Illábitur tetrum chaos,
 Audi preces cum flétiibus.
 Ne mens graváta crímine,

Vitæ sit exsul múnere,
 Dum nil perénne cónitat,
 Seséque culpis illigat.

Cœlesté pulset óstium :
 Vitále tollat præmium :
 Vitémus omne nójium :
 Purgémus omne péssimum.

Præsta, Pater piissime,
 Patríque compar Unice, &c.

- 11 -

FERIA SECUNDA AD VESPERAS

I.

M-MENSE cœli Cóndi-tor, Qui mixta ne
 confúnde-rent, Aquæ flu-énta dí-videns, Cœ-lum
 dedísti lími-tem.

Firmans locum cœlestibus,
 Simûlque terræ rivulis;
 Ut unda flamas témperet,
 Terræ solum ne díssipent.
 Infunde nunc, piissime,
 Donum perennis gratiæ;
 Fraudis novæ ne cásibus
 Nos error átterat vetus.

Lucem Fides invéniat :
 Sic lúminis jubar ferat;
 Ut vana cuncta téreat,
 Hanc falsa nulla cóprimant.
 Præsta, Pater piissime,
 Patrique compar Unice,
 Cum Spíritu Paráclito
 Regnans per omne sæculum.
 Amen.

Secundum usum novum

IMMENSE cœli Cónditor,
 Qui mixta ne confúnderent,
 Aquæ fluénta dividens,
 Cœlum dedísti límitem :

Fraudis novæ ne cásibus
 Nos error átterat vetus.

Lucem Fides adáugeat :
 Sic lúminis jubar ferat :

Firmans locum cœlestibus,
 Simûlque terræ rivulis :
 Ut unda flamas témperet,
 Terræ solum ne díssipent :

Hæc vana cuncta próterat :
 Hanc falsa nulla cóprimant

Infunde nunc, piissime,
 Donum perennis gratiæ :

Præsta, Pater piissime,
 Patrique compar Unice,

Cum Spíritu Paráclito,
 Regnans per omne sæculum.
 Amen.

Sic cantantur Hymni Vesperarum in aliis Feriis usque ad Sabbatum exclusive.

FERIA TERTIA
 AD VESPERAS

TELLURIS ingens Cónditor,
 Mundi solum qui éruens,
 Pulsis aquæ moléstiis,
 Terram dedistí immóbilem :
 Ut germen aptum prófere
 Fulvis décóra flóribus,
 Fœcúnda fructu sísteret,
 Pastúmque gratum rédderet.

Mentis perústæ vúlnera
 Munda viróre grátiæ :
 Ut facta fletu díluat,
 Motúsque pravos átterat.

Jussis tuis obtémperet,
 Nullis malis appróximet :
 Bonis repléri gáudeat,
 Et mortis iéctum nésciat.

Præsta, Pater piíssime,
 Patrique compar Unice,
 Cum Spíritu Paráclito
 Regnans per omne sæculum.

Amen.

Secundum usum novum.

TELLURIS alme Cónditor,
 Mundi solum qui séparans,
 Pulsis aquæ moléstiis,
 Terram dedistí immóbilem :
 Ut germen aptum prófere
 Fulvis décóra flóribus,
 Fœcúnda fructu sísteret,
 Pastúmque gratum rédderet.

Mentis perústæ vúlnera
 Munda viróre grátiæ :
 Ut facta fletu díluat,
 Motúsque pravos átterat.
 Jussis tuis obtémperet :
 Nullis malis appróximet :
 Bonis repléri gáudeat,
 Et mortis iéctum nésciat.
 Præsta, Pater piíssime,
 Patrique compar Unice,
 Cum Spíritu Paráclito
 Regnans per omne sæculum.
 Amen.

FERIA QUARTA
 AD VESPERAS

CÆLI Deus sanctissime,
 Qui lúcidum centrum poli
 Candore pingis ígneo,
 Augens decóro lúmine.

Quarto die, qui flámmeam
 Solis rotam constituens,
 Lunæ ministras ordinem,
 Vagósque cursus siderum.

Ut nóctibus, vel lúmini
 Diremptionis téminum,
 Primórdiis & ménsum
 Signum dares notíssimum.

Illúmina cor hóminum,
 Abstérgé sordes méntium ;
 Resólve culpæ vínculum,
 Evérte moles críminum.

Præsta, Pater piíssime,
 Patrique compar Unice,
 Cum Spíritu Paráclito
 Regnans per omne sæculum.
 Amen.

Secundum usum novum.

CÆLI Deus sanctissime,
Qui lúcidas mundi plagas
Candore pingis igneo
Augens decóro lúmine :
Quarto die qui flámmeam
Dum solis accéndis rotam,
Lunæ ministras órdinem,
Vagósque cursus síderum :
Ut nótibus, vel lúmini
Diremptiónis téminum,
Primórdiis & ménsium
Signum dares notíssimum.

Expélle noctem córdium :
Abstérge sordes méntium :
Resólve culpæ vínculum :
Evérte moles críminum.
Præsta, Pater piissime,
Patrique compar Unice,
Cum Spíritu Paráclito
Regnans per omne sæculum.
Amen.

**FERIA QUINTA
AD VESPERAS**

MAGNÆ Deus poténtiae,
Qui ex aquis ortum genus
Partim remittis gúrgiti,
Partim levas in áera.
Demérasa lymphis ímpri-
mens,
Subvécta cœlis irrigans :
Ut stirpe una pródita,
Divérsa rápiant loca.
Largíre cunctis sérvulis,

Quos mundat unda sanguinis,
Nescíre lapsus críminum,
Nec ferre mortis tædium.

Ut culpa nullum déprimat,
Nullum levet jactántia;
Elísa mens ne cócidat,
Eláta mens ne córruat.
Præsta, Pater piissime,
Patrique compar Unice,
Cum Spíritu Paráclito
Regnans per omne sæculum.
Amen.

Secundum usum novum.

MAGNÆ Deus poténtiae,
Qui fértili natos aqua
Partim relínquis gúrgiti,
Partim levas in áera :
Demérasa lymphis ímpri-
mens,
Subvecta cœlis érigens,
Ut stirpe ab una pródita,
Divérsa répleant loca :

Largíre cunctis sérvulis,
Quos mundat unda sanguinis,
Nescíre lapsus críminum,
Nec ferre mortis tædium :

Ut culpa nullum déprimat :
Nullum éfferat jactántia :
Elísa mens ne cócidat :
Eláta mens ne córruat.

Præsta, Pater piissime,
Patrique compar Unice,
Cum Spíritu Paráclito
Regnans per omne sæculum.
Amen.

FERIA SEXTA AD VESPERAS

PLASMATOR hóminis Deus,
Qui cuncta solus ordinans,
Humum jubes producere
Reptantis & feræ genus.

Qui magna rerum corpora,
Dictu jubentis vívida,
Ut sérviant per ordinem,
Subdens dedisti hómini.

Repélle a servis tuis,
Quidquid per immunditiam,

Aut móribus se súggerit,
Aut áctibus se intérserit.

Da gaudiórum præmia,
Da gratiárum múnera;
Dissólve litis víncula,
Adstringe pacis fœdera.

Præsta, Pater piíssime,
Patrique compar Unice,
Cum Spíritu Paráclito
Regnans per omne sæculum.
Amen.

Secundum usum novum.

HOMINIS supérne Cónditor,
Qui cuncta solus ordinans,
Humum jubes producere
Reptantis & feræ genus :

Et magna rerum corpora,
Dictu jubentis vívida :
Per téporum certas vices
Obtemperare sérvulis.

Repélle quod, cupidinis

Ciénte vi, nos ímpetit,
Aut móribus se súggerit,
Aut áctibus se intérserit.

Da gaudiórum præmia,
Da gratiárum múnera :
Dissólve litis víncula ,
Adstringe pacis fœdera.

Præsta, Pater piíssime,
Patrique compar Unice, &c.

- 12 -

SABBATO AD VESPERAS

VIII.

LUX be-á-ta Tríni-tas, Et prin-cipá-lis
Uni-tas ; Jam sol recédit ígne-us, Infúnde
lumen córdibus.

Te mane laudum cármine,
Te deprecámur vespere,
Te nostra supplex glória
Per cuncta laudet sæcula.
Deo Patri sit glória,
Ejusque soli Filiō,
Cum Spíritu Paráclito,
Et nunc, & in perpétuum.
Amen.

Secundum usum novum.

JAM sol recédit ígneus :
Tu lux perénnis, Unitas,
Nostris, beáta Trinitas,
Infunde lumen córdibus.
Dignérис ut te supplices,
Laudémus inter cælites.
Patri, simúlque Filio,
Tibique, Sancte Spíritus,
Sicut fuit, sit júgiter
Sæclum per omne glória.
Amen.

AD COMPLETORIUM

Hymnus Completorii cantatur pro diversitate Temporis ut infra, etiam in Festis occurrentibus, nisi tonus proprius assignetur ratione alicujus Solemnitatis aut Octavæ.

- 13 -

I. PER ANNUM.

H.

T

E lucis ante téminum Rerum Cre-átor

póscimus, Ut só-li-ta cleménti-a Sis præsul ad

custódi-am.

Procul recédant sómnia,
Et nóctium phantásmata;
Hostémque nostrum cómpré-
me,
Ne polluántur córpora.

Præsta, Pater omnípotens,
Per Jesum Christum Dñm,
Qui tecum in perpétuum,
Regnat cum Sancto Spíritu.
Amen.

Secundum usum novum.

Te lucis ante téminum,
Rerum Créator, pósclimus,
Ut pro tua clementia
Sis præsul & custódia.
Procul recédant sómnia,
Et nóctium phantasmata;

Hostémque nostrum cómperi-
me,
Ne polluántur córpora.
Præsta, Pater piíssime,
Patriqué compar Unice,
Cum Spíritu Paráclito
Regnans per omne sæculum.
Amen.

- 14 -

II. TEMPORE ADVENTUS.

II.

Te lucis ante téminum, Rerum Cre-á-tor
pósclimus, Ut só-li-ta cleménti-a Sis præsul ad
custódi- am.

- 15 -

III. TEMPORE QUADRAGESIMÆ.

I.

Te lucis ante téminum, Rerum Cre-á-tor
pósclimus, Ut só-li-ta cleménti-a Sis præsul ad
custódi- am.

IV. TEMPORE PASSIONIS.

Sumitur tonus Vexilla Regis, dummodo Officium sit de Tempore; alias, idem ac supra in Quadragesima.

- 16 -

V. TEMPORE PASCHALI.

VIII.

Te lucis ante téminum, Re-rum Cre-á-tor
póscimus, Ut só-li-ta cleménti-a Sis præsul

ad custódi- am.






PROPRIUM DE TEMPORE TEMPORE ADVENTUS


Per Adventum cantus Hymnorum de Tempore non variatur ratione alicujus Octavæ incidentis, licet Doxologia esset de Octava.

Ad Horas diurnas servatur in Dominicis & Feriis tonus de Tempore, ut ad Laudes; in Festis vero tonus consuetus Festorum.

Ad Completorium tam in Officio de Tempore quam de Sanctis, nisi Festum aliquod tonum proprium habeat, sumitur cantus pag. 24 pro Adventu assignatus.

- 17 - IN DOMINICIS ET FERIIS AD VESPERAS

IV. 

CONDI-TOR alme síderum, Ætérna lux cre-
dénti- um, Christe Redémpтор ómni- um, Exáu-

di preces súpli-cum.

Qui cóndolens intéritu
Mortis perire sæculum,
Salvásti mundum lánguidum,
Donans reis remédiū :
Vergénte mundi véspera,
Uti sponsus de thálamo,
Egréssus honestíssima
Vírginís matris cláusula :
Cujus forti poténtiæ
Genu curvántur ómnia,

Cœlestia, terréstria,
Nutu faténtur súbda.
Te deprecámur, ágie,
Ventúre judex sæculi,
Consérva nos in témpore,
Hostis a telo pérfidia.
Laus, honor, virtus, glória
Deo Patri, & Filio,
Sancto simul Paráclito,
In sæculórum sæcula.
Amen.

Secundum usum novum.

CREATOR alme siderum,
Ætérrna lux credéntium,
Jesu Redémptor ómnium,
Inténde votis súpplicum :
Qui dæmonis ne fráudibus
Períret orbis, ímpetu
Amóris actus, lánguidi
Mundi medéla factus es.

Noménque cum primum so-
nat,
Et Cœlites & ínferi
Treménte curvántur genu.
Te deprecámur últimæ
Magnum diéi Júdicem,
Armis supérnæ gratiæ
Defénde nos ab hóstibus.


Commúne qui mundi nefas
Ut expiáres, ad Crucem
E Vírginís sacrário
Intácta prodis víctima.
Cujus pótestas gloriæ,

Virtus, honor, laus, glória
Deo Patri cum Filio,
Sancto simul Paráclito,
In sæculórum sæcula.


Amen.

- 18 -

AD MATUTINUM

VII. 

V ERBUM supérnum pró-di- ens, A Patre o-
lim é-xi- ens, Qui natus orbi súbvenis Cursu de-



clí- vi témpo-ris.

Illúmina nunc péctora,
Tuóque amóre cóncrema ;
Audítio ut præcónio
Sint pulsa tandem lúbrica.

Judéxque cum post áderis
Rimári facta péctoris,
Reddens vicem pro ábditis,
Iustísque regnum pro bonis :

Non demum arctémur malis
Pro qualitáte criminis,
Sed cum Beátis cómpotes,
Simus perénnes cælibes.

Laus, honor, virtus, glória
Deo Patri, & Filio,
Sancto simul Paráclito,
In sæculórum sæcula.

Amen.

Secundum usum novum.

VERBUM supérnum pródiens
E Patris æterni sinu,
Qui natus orbi súbvenis,
Labénte cursu téporis :
Illúmina nunc péctora,
Tuóque amore cóncrema,
Ut cor cadúca déserens
Cœli volúptas ímpreat :
Ut cum tribúnal Júdicis
Damnábit igni nóxios,
Et vox amíca débitum

Vocábit ad cœlum pios :
Non esca flammárum ni-
gros
Volvámur inter túrbines;
Vultu Dei sed cómpotes
Cœli fruámur gáudiis.
Patri simúlque Filio,
Tibique, Sancte Spíritus,
Sicut fuit, sit júgiter
Sæclum per omne glória.
Amen.


- 18 -

AD LAUDES

VII.

Vox clara ecce ín-tonat, Obscúra quæque

íincrepat; Pellántur éminus sómni-a : Ab æthre



Chri-stus prómi-cat.

Mens jam resúrgat tórpida,
Quæ sorde exstat sáucia;
Sidus refúlget jam novum,
Ut tollat omne nójum.

E sursum Agnus míttitur
Laxáre gratis débitum :
Omnes pro indulgéntia
Vocem demus cum lácrys.

Secúndo ut cum fúlserit,
Mundúmque horror cínxerit,
Non pro reátu puniat,
Sed nos pius tunc prótegat.

Laus, honor, virtus, glória
Deo Patri, & Filio,
Sancto simul Paráclito,
In sæculorum sæcula.

Amen.

Secundum usum novum.

EN clara vox redárguit
Obscúra quæque pésonans,
Procul fugéntur sómnia :
Ab alto Jesus prómicat.

Mens jam resúrgat tórpida,
Non ámplius jacens humi :
Sidus refúlget jam novum,
Ut tollat omne nójum.

En Agnus ad nos míttitur
Laxáre gratis débitum :

Omnes simul cum lácrys
Precémur indulgéntiam :
Ut, cum secúndo fúlserit
Metúque mundum cínxerit,

Non pro reátu púniat,
Sed nos pius tunc prótegat.
Virtus, honor, laus, glória
Deo Patri cum Filio,
Sancto simul Paráclito,
In sæculórum sæcula.

Amen.





IN NATIVIVATE DOMINI

- 19 - AD VESPERAS ET AD MATUTINUM

Sequenti tono cantantur omnes Hymni ejusdem metri, etiam in Festis occurribus, usque ad Epiphaniam.

I.

CHRISTE Redémptor ómni- um, Ex Patre
Patris ú- ni-ce, So- lus ante princípi- um Na-tus
in-ef-fa- bí-li-ter.

Tu lumen, tu splendor Pa-
tris,
Tu spes perénnis ómnium,
Inténde quas fundunt preces,
Tui per orbem fámuli.

Meménto salútis Auctor,
Quod nostri quondam córpo-
ris,
Ex illibáta Vírgine
Nascéndo, formam súmpseris.

Sic præsens testátur dies,
Currens per anni círculum,
Quod solus a sede Patris
Mundi salus advéneris.

*Sic terminantur omnes Hymni ejusdem metri usque ad Epi-
phaniam.*

Hunc cœlum, terra, hunc
mare,

Hunc omne quod in eis est,
Auctórem advéntus tui,
Laudans exsultat cántico.

Nos quoque, qui sancto tuo
Redémptri Sanguine sumus,
Ob diem natális tui,
Hymnum novum concínimus.

Glória tibi, Dómine,
Qui natus es de Vírgine,
Cum Patre, & Sancto Spíritu,
In sempitérna sæcula.
Amen.

Secundum usum novum.

JESU Redémpтор ómnium,
Quem lucis ante originem,
Parem Patérnæ glóriæ
Pater suprémus édidi :

Tu lumen & splendor Patris
Tu spes perénnis ómnium,
Inténde quas fundunt preces
Tui per orbem sérvuli.

Meménto, rerum Cónditor
Nostri quod olim córporis,
Sacrátæ ab alvo Vírginis
Nascéndo, formam súmpseris.

Testáatur hoc præsens dies,
Currens per anni círculum,

Quod solus e sinu Patris
Mundi salus advéneris.
Hunc astra, tellus, æquora,
Hunc omne quod cœlo subest
Salútis Auctórem novæ
Novo salútat cántico.


Et nos, beáta quos sacri
Rigávit unda Sánguinis,
Natális ob diem tui
Hymni tribútum sólvimus.

Jesu, tibi sit glória,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre, & almo Spíritu,
In sempitérna sæcula.

Amen.

- 20

AD LAUDES

III. 

Ma-rí- a Vírgi-ne.

Beátus Auctor sæculi
Servile corpus induit :
Ut carne carnem líberans,
Ne pérderet quos cóndidit.
Castæ Paréntis víscera

Cœlestis intrat grátia :
Venter Puellæ bájulat
Secréta, quæ non növerat.
Domus pudici péctoris
Templum repénte fit Dei ;

Intacta nesciens virum,
Verbo concépit Filium.

Enixa est Puérpera,
Quem Gábriel prædixerat,
Quem matris alvo géstiens,
Clausus Joánnes sénserat.

Fœno jacére pértulit,
Præsépe non abhórruit :
Parvóque lacte pastus est,

Per quem nec ales ésurit.
Gaudet chorus cœlestium,

Et Angeli canunt Deo :
Palámque fit pastóribus
Pastor, Crátor omnium.

Glória tibi, Dómine,
Qui natus es de Vírgine,
Cum Patre & Sancto Spíritu,
In sempitérna sæcula.

Amen.

Secundum usum novum.

A SOLIS ortus cárдine
Ad usque terræ limitem,
Christum canámus Príncipem
Natum María Vírgine.

Beátus auctor sæculi
Servile corpus induit :
Ut carne carnem liberans,
Ne pérderet quos cóndidit.

Castæ parentis viscera
Cœlestis intrat grácia :
Venter puellæ bájulat
Secréta, quæ non növerat.

Domus pudici pectoris
Templum repénte fit Dei :
Intacta nesciens virum
Concépit alvo Fílium.

Enítitur puérpera
Quem Gábriel prædixerat ;
Quem ventre Matris géstiens
Baptista clausum sénserat.

Fœno jacére pértulit,
Præsépe non abhórruit :
Et lacte módico pastus est,
Per quem nec ales ésurit.

Gaudet chorus cœlestium,
Et Angeli canunt Deo :
Palámque fit pastóribus
Pastor, Crátor ómnium.

Jesu tibi sit glória,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre, & almo Spíritu,
In sempitérna sæcula.

Amen.

IN FESTO SS. INNOCENTIUM

- 19 -

AD MATUTINUM

I.

A

UDIT tyránnus ánxi-us Adésse regum

Prín- cipem, Qui nomen Isra- el regat, Teneát-
que Da-vid régi- am.

Exclámat amens núnctio :
Succéssor instat, péllimur :
Satélles, i, ferrum rape :
Perfunde cunas sanguine.

Quid próficit tantum nefas?
Quid crimen Heródem juvat?
Unus tot inter fúnera
Impúne Christus tollitur.
Glória tibi, Dómine,
Qui natus es de Vírgine,

Cum Patre, & Sancto Spíritu,
In sempitérna sæcula.
Amen.

Doxologia secundum usum novum.

Jesu, tibi sit glória,
Qui natus es de Vírgine,
Cum Patre, & almo Spíritu,
In sempitérna sæcula.
Amen.

AD LAUDES ET VESPERAS

SALVETE, flores Mártirum,
Quos lucis ipso in límne
Christi insecútor sústulit,
Ceu turbo nascéntes rosas.

Vos prima Christi víctima,
Grex immolatórum tener,

Aram ante ipsam simplices
Palma & corónis lúditis.
Glória tibi, Dómine,
Qui natus es de Vírgine,
Cum Patre, & Sancto Spíritu,
In sempitérna sæcula. Amen.

Secundum usum novum.

SALVETE flores Mártirum,
Quos lucis ipso in límne
Christi insecútor sústulit,
Ceu turbo nascéntes rosas.

Vos prima Christi víctima,
Grex immolatórum tener,

Aram sub ipsam simplices
Palma & corónis lúditis.
Jesu, tibi sit glória,
Qui natus es de Vírgine,
Cum Patre, & almo Spíritu,
In sempitérna sæcula. Amen.



IN EPIPHANIA DOMINI

- 20 - AD VESPERAS ET MATUTINUM

Cantus sequens servatur ad cæteras Horas & ad Completori-um, & sic per totam Octavam.

III.

H Ostis Hérôdes ímpi-e, Christum vení-re
quid times? Non é-ripit mortá-li-a, Qui regna
dat cœ-lésti-a.

Ibant Magi, quam viderant,
Stellam sequentes præviam :
Lumen requirunt lúmine :
Deum faténtur múnere.

Lavágra puri gúrgitis
Cœlestis Agnus áttigit :
Peccáta, quæ non détoluit,
Nos abluéndo sústulit.

Novum genus poténtiæ :
Aquæ rubescunt hydriæ,
Vinúmque jussa fündere,
Mutavit unda originem.

Glória tibi, Dómine,
Qui apparuísti hódie,
Cum Patre, & Sancto Spíritu,
In sempitérna sæcula. Amen.

Sic terminantur Hymni per totam Octavam.

Secundum usum novum.

CRUDELIŠ Hérôdes, Deum
Règem venire quid times?
Non éripit mortália,
Qui regna dat cœlestia.

Ibant Magi, quam viderant,
Stellam sequentes præviam :
Lumen requirunt lúmine :
Deum faténtur múnere.

Lavágra puri gúrgitis
 Cœlestis Agnus áttigit :
 Pcecáta, quæ non détulit,
 Nos abluéndo sústulit.
 Novum genus poténtiæ :
 Aquæ rubescunt hydriæ,

Vinúmque jussa fúndere,
 Mutávit unda oríginem.
 Jesu, tibi sit glória,
 Qui apparuísti Géntibus,
 Cum Patre, & almo Spíritu,
 In sempitérna sæcula. Amen.

AD LAUDES

O SOLA magnárum úrbium
 Major Béthlehem, cui cóntigit
 Ducem salútis cœlitus
 Incorporátum gígnere :
 Quem stella, quæ solis ro-
 tam
 Vincit decóre ac lúmine,
 Venisse terris núnctiat
 Cum carne terréstri Deum :
 Vidére postquam illum Ma-
 gi,
 Eóa promunt múnera :
 Stratique votis ófferunt
 Thus, myrrham, & aurum
 régium.
 Regem Deúmque annún-
 tiant

Thesáurus, & fragrans odor
 Thuri Sabæi, ac myrrheus
 Pulvis sepúlchrum prædocet.
 Glória tibi, Dómine,
 Qui apparuísti hódie,
 Cum Patre, & Sancto Spíritu,
 In sempitérna sæcula. Amen.

Secundum usum novum.

O SOLA magnárum úrbium
 Major Béthlem, cui cóntigit
 & cætera, ut supra.
Doxologia.
 Jesu, tibi sit glória,
 Qui apparuísti Géntibus,
 Cum Patre, & almo Spíritu,
 In sempitérna sæcula. Amen.





IN QUADRAGESIMA

AD VESPERAS

II.

A

UDI benigne Cóndi-tor, Nostras preces

cum flé-tibus, In hoc sacro je-júni-o Fusas

quadra-gená- ri- o.

Scrutátor alme córdium,
Infirma tu scis vírium :
Ad te revérsis éxhibe
Remissiónis grátiam.

Multum quidem peccávi-
mus,
Sed parce confiténtibus :
Ad laudem tui nóminis
Confer medélam lánguidis.

Sic corpus extra cónterí
Dona per abstinentiam,
Jejúnet ut mens sóbria
A labe prorsus críminum.

Præsta, beáta Trínitas,
Concéde, simplex Unitas,
Ut fructuósa sint tuis
Jejuniórum múnera.

Amen.

Secundum usum novum.

AUDI, benigne Cóndition, Nostras preces cum flé-tibus
In hoc sacro jejúnio
Fusas quadragenário.

Scrutátor alme córdium,
Infirma tu scis vírium :

Ad te revérsis éxhibe
Remissiónis grátiam.
Multum quidem peccávimus,
Sed parce confiténtibus :
Ad nóminis laudem tui
Confer medélam lánguidis.

Concéde nostrum cónteri
Corpus per abstinentiam,
Culpæ ut relinquant pábulum
Jejúna corda críminum.

Præsta, beáta Trínitas,
Concéde simplex Unitas,
Ut fructuósa sint tuis
Jejuniórum múnera. Amen.

- 22 -

AD MATUTINUM

I.

E

X more do-cti mystico, Servémus hoc je-jú-
ni- um, Deno di-é-rum círcu-lo Ducto quater no-
tíssimo.

Lex, & prophétæ prímitus
Hoc prætulérunt, póstmodum
Christus sacrávit, ómnium
Rex, atque Factor témporum.

Utámur ergo párcius
Verbis, cibis, & pótibus,
Somno, jocis, & árctius
Perstémus in custódia.

Vitémus autem péssima,
Quæ súbruunt mentes vagas,
Nullúmque demus cállidi
Hostis locum tyránnidi.

Dicámus omnes cérnui,
Clamémus atque singuli,
Plorémus ante júdicem,
Flectámus iram víndicem.

Nostris malis offéndimus
Tuam, Deus, cleméntiam :
Effunde nobis désuper
Remíssor indulgéntiam.

Meménto quod sumus tui,
Licet caduci, plásmati;
Ne des honórem nóminis
Tui, precámur, álteri.

Laxa malum quod fécimus,
Auge bonum quod póscimus;
Placére quo tandem tibi
Possimus hic, & pépetim.

Præsta, beáta Trínitas,
Concéde simplex Unitas,
Ut fructuósa sint tuis
Jejuniórum múnera. Amen.

Secundum usum novum.

Ex more docti mystico
Servémus hoc jejúnium,
Deno diérum círculo
Ducto quater notíssimo.

Lex & Prophétæ prímitus
Hoc prætulérunt : póstmodum
Christus sacrávit, ómnium
Rex atque Factor téporum.

Utámur ergo párcius
Verbis, cibis, & pótibus
Somno, jocis, & árctius
Perstémus in custódia.

Vítémus autem nóxia,
Quæ súbruunt mentes vagas,
Nullúmque demus cállidi
Hostis locum tyránnidi.

Flectámus iram víndicem,
Plorémus ante Júdicem,

Clamémus ore súpplici,
Dicámus omnes cérnui :
Nostris malis offéndimus
Tuam, Deus, cleméntiam :
Effunde nobis désuper
Remissor indulgéntiam.

Meménto quod sumus tui,
Licet cadúci, plásma :
Ne des honórem nóminalis
Tui, precámur, álteri.

Laxa malum quod fécimus :
Auge bonum quod pósdimus :
Placére quo tandem tibi
Possímus hic, & pérpetim.

Præsta, béata Trinitas,
Concéde, simplex Unitas,
Ut fructuosa sint tuis
Lejuniórum múnera. Amen.

- 23 -

AD LAUDES

*Cantus sequens etiam ad Horas servatur in Dominicis & Fériis
usque ad Dominicam Passionis.*

II.

J

AM Christe sol justí-ti-æ, Mentis di-é-

scant ténebræ, Virtútum ut lux réde- at, Terris

di-em cum réparas.

Dans tempus acceptábile,
Et pœnitens cor tribue,
Convértat ut benígnitas,
Quos longa suffert pías.

Quiddámque pœniténtiæ
Da ferre, quamvis grávium,
Majóre tuo múnere,
Quo démptio fit criminum.

Dies venit, dies tua,
In qua reflórent ómnia :
Lætémur in hac ad tuam
Per hanc redúcti grátiam.

Té rerum univérsitas,
Clemens, adóret, Trinitas,
Et nos novi per véniam
Novum canámus cápticum

Amen.

Secundum usum novum.

O sol salútis, íntimis
Jesu refúlge méntibus,
Dum nocte pulsa grátior
Orbi dies renáscitur.

Dans tempus acceptábile,
Da lacrymárum rívulis
Lavare cordis víctimam,
Quam læta adúrat cháritas.

Quo fonte manávit nefas,
Fluent perennes lácymæ,

Si virga pœniténtiæ
Cordis rígorem cónterat.

Dies venit, dies tua,
In qua reflórent ómnia :
Lætémur & nos in viam
Tua redúcti dexteræ.

Te prona mundi máchina,
Clemens adóret Trinitas,
Et nos novi per grátiam
Novum canámus cápticum.

Amen.





TEMPORE PASSIONIS

- 24 -

AD VESPERAS

Hymni Horarum & Completorii cantantur in eodem tono, dummodo fiat Officium de Tempore; alias, ut in Festis per Quadragesimam.

I.

V EXILLA Re-gis pró-de-unt : Fulget Cru-

cis mysté-ri-um, Quo carne carnis Cóndi-tor Sus-

pén-sus est pa-tíbu-lo.

Quo vulnerátus ínsuper
Mucróne diro lánceæ,
Ut nos laváret crímine,
Manávit unda & sanguine.

Impléta sunt quæ cóncinit
David fidéli cármine,
Dicens : In natióñibus
Regnávit a ligno Deus.

Arbor decóra & fúlgida,
Ornáta Regis púrpura,
Elécta digno stípite
Tam sancta membra tángere.

Beáta, cujus bráchiis
Sæcli pepéndit prétium,
Statéra facta cörperis,
Prædámque tulit tartari.

O Crux, ave, spes única,
Hoc Passiónis témpore,*
Auge piis justitiám,
Reisque dona véniam.

Te summa, Deus, Trinitas,
Colláudet omnis spíritus :
Quos per Crucis mystérium
Salvas, rege per sæcula. Amen.

* In Inventione S. Crucis dicitur In hoc Pascháli gáudio ; in Exaltatione vero ejusdem In hac triúmphi glória.

Secundum usum novum.


VEXILLA Regis pródeunt,
 Fulget Crucis mystérium,
 Qua vita mortem pérolut
 Et morte vitam protulit.
 Quæ vulnerata lánceæ
 Mucróne diro, críminum
 Ut nos laváret sórdibus,
 Manávit unda & sanguine.
 Impléta sunt quæ cóncinit
 David fidéli cármine,
 Dicéndo natióibus :
 Regnávit a ligno Deus.
 Arbor decóra & fúlgida,
 Ornáta Regis púrpura,

Elécta digno stípite
 Tam sancta membra tángere.
 Beáta, cujus bráchiis
 Prétium pepéndit sæculi,
 Statéra facta córporis,
 Tulítque prædam tártaři.
 O Crux, ave, spes única,
 Hoc Passiónis témpore *
 Piis adáuge grátiam,
 Reísque dele crímina.
 Te, fons salútis Trínitas,
 Colláudet omnis spíritus :
 Quibus Crucis vičtóriam
 Largíris, adde præmíum.
 Amen.


* In Inventione S. Crucis dicitur Paschále quæ fers gáudium ; in Exaltatione vero ejusdem In hac triúmphhi glória.

- 25 -


AD MATUTINUM

I. 


P ANGE lingua glo-ri-ó-si Prœ-li-um certá-



minis, Et super Cru-cis trophæ-um Dic tri- úm-



phum nóbi-lem : Quá-li- ter Re-démptor orbis



Immo-lá-tus ví-ce-rit.

De paréntis protoplásti
Fraude Factor cóndolens,
Quando pomi noxiális
Morsu in mortem córruit :
Ipse lignum tunc notávit,
Damna ligni ut sólveret.

Hoc opus nostræ salútis
Ordo depopóscerat,
Multifórmis proditórīs
Ars ut artem fálleret,
Et medélam ferret inde,
Hostis unde læserat.

Quando venit ergo sacri
Plenitúdo témporis,
Missus est ab arce Patris

Natus, orbis Cónditor ;
Atque ventre virgináli
Caro factus pródiit.
Vagit ínfans inter arcta
Cónditus præsépia :
Membra pannis involúta
Virgo Mater álligat ;
Et manus, pedésque, & crura,
Stricta cingit fáscia.
Glória & honor Deo
Usquequáque Altíssimo,
Una Patri, Filióque,
Inclyto Paráclito :
Cui laus est & potéstas
Per ætéerna sæcula. Amen.

Secundum usum novum.

PANGE, lingua, gloriósi
Láuream certáminis,
Et super Crucis trophæo
Dic triúmphum nóbilem :
Quáliter Redémptor orbis
Immolutus vicerit.

De Paréntis protoplásti
Fraude Factor cóndolens,
Quando pomi noxiális
In necem morsu ruit :
Ipse lignum tunc notávit,
Damna ligni ut sólveret.

Hoc opus nostræ salútis
Ordo depopóscerat ;
Multifórmis proditórīs
Ars ut artem fálleret,
Et medélam ferret inde,
Hostis unde læserat.

Quando venit ergo sacri
Plenitúdo témporis,
Missus est ab arce Patris
Natus, orbis Cónditor :
Atque ventre Virgináli
Carne amictus pródiit.

Vagit infans inter arcta
Cónditus præsépia :
Membra pannis involúta
Virgo Mater álligat :
Et Dei manus pedésque
Stricta cingit fáscia.

Sempitéra sit beatæ
Trinitati glória :
Æqua Patri Filióque,
Par decus Paráclito :
Unius Trinique nomen
Laudet univérsitas. Amen.

- 25 -

AD LAUDES

I.

USTRIS sex qui jam peráctis, Tempus im-
plens córpo-ris, Se vo- lénte na-tus ad hoc, Passi-
6-ni dédi-tus, Agnus in Cru- cis le-vá-tur

Immo-lándus stípi-te.

Hic acénum, fel, arúndo,
Sputa, clavi, láncea :
Mite corpus perforáтур,
Sanguis, unda prófluit :
Terra, pontus, astra, mundus,
Quo lavántur flúmine !

Crux fidélis, inter omnes
Arbor una nóbilis :
Nulla silva talem profert
Fronde, flore, gérmine :
Dulce lignum, dulces clavos,
Dulce pondus sústinet.

Flecte ramos, arbor alta,
Tensa laxa víscera,
Et rigor lentéscat ille,

Quem dedit natívitás :
Ut supérni membra Regis
Miti tendas stípite.
Sola digna tu fuísti
Ferre sæcli prætium,
Atque portum præparáre
Nauta mundo náufrago :
Quem sacer cruor perúnxit,
Fusus Agni corpore.
Glória & honor Deo
Usquequáque Altíssimo,
Una Patri Filióque,
Inclyto Paráclito :
Cui laus est & potéstas
Per æterna sæcula. Amen.

Secundum usum novum.

LUSTRA sex qui jam perégit
 Tempus implens cóporis,
 Sponte líbera Redémptor
 Passióni déditus,
 Agnus in Crucis leváтур
 Immolándus stípite.

Felle potus ecce languet :
 Spina, clavi, láncea
 Mite corpus perforárunt :
 Unda manat, & cruor :
 Terra, pontus, astra, mundus
 Quo lavántur flúmine !
 Crux fidélis, inter omnes
 Arbor una nóbilis :
 Silva talem nulla profert
 Fronde, flore, gérmine :
 Dulce ferrum, dulce lignum,
 Dulce pondus sústinent.

Flecte ramos, arbor alta,
 Tensa laxa víscera,
 Et rigor lentéscat ille,
 Quem dedit nativitas :
 Et supéni membra Regis
 Tende miti stípite.

Sola digna tu fuísti
 Ferre mundi víctimam ;
 Atque portum præparáre
 Arca mundo náufrago,
 Quam sacer cruor perúnxit,
 Fusus Agni córpore.
 Sempitérna sit beatæ
 Trinitati glória,
 Æqua Patri Filióque,
 Par decus Paráclito :
 Unius Trinique nomen,
 Laudet univérsitas. Amen.





TEMPORE PASCHALI

- 26 -

AD MATUTINUM

In tono sequenti cantantur Hymni Horarum & Completorii etiam in Festis occurrentibus usque ad Ascensionem, excepto tantum Officio de Beata. Hymni vero Sanctorum ad Matutinum, Laudes, & Vespertas, si sint ejusdem metri, super tono Tristes erant Apóstoli.

VIII.

R Ex sempi-térne Dómine, Rerum Cre-á-tor
 ómni- um, Qui e-ras ante sæcu-la Semper cum
 Patre Fí-li- us.

Qui mundi in primórdio
 Adam plasmásti hóminem :
 Cui tuæ imágini
 Vultum dedísti símilem.

Quem diábolus décéperat
 Hostis humáni géneris :
 Cujus tu formam córporis
 Assúmere dignátus es.

Ut hóminem redimeres,
 Quem ante jam plasmáveras :
 Et nos Deo conjúngeres
 Per carnis contubérrnum.

Quem éditum ex Vírgine
 Pavéscit omnis áнима :
 Per quem & nos resúrgere,
 Devóta mente crédimus.

Quí nobis in baptísmate
 Donásti indulgéntiam,
 Qui tenebámur vínculis
 Ligáti consciéntiæ. [nem

Quí crucem propter hómi-
 Suscípere dignátus es :
 Dedísti tuum sanguinem,
 Nostræ salútis prétium.

Quæsumus, Auctor omni-
nium,
In hoc Paschali gáudio,
Ab omni mortis ímpetu
Tuum défende pópulum.

Glória tibi, Dómine,
Qui surrexisti a mórtuis,
Cum Patre, & Sancto Spíritu,
In sempiterna sæcula.
Amen.

Sic terminantur omnes Hymni ejusdem metri usque ad Ascensionem, præterquam in Officio B. Mariæ, & in Hymno S. Crucis ad Vesperas, & plurimorum Martyrum ad Matutinum.

Secundum usum novum.

Rex sempiterne Cœlitum,
Rerum Creátor ómnium,
Æquális ante sæcula
Semper Parénti Filius :

Nascénte qui mundo Faber
Imáginem vultus tui
Tradens Adámo, nóbilem
Limo jugásti spíritum :

Cum livor & fraus dæmonis
Fœdásset humánum genus,
Tu carne amiictus, pérditam
Formam réformas ártifex.

Qui natus olim e Virgine,
Nunc e sepúlchro násceris :
Tecúmque nos a mórtuis
Jubes sepúltos súrgere.

Qui Pastor ætérnus gregem

Aqua lavas baptísmatis :
Hæc est lavácrum méntium :
Hæc est sepúlchrum crími-
num.

Nobis diu qui débitæ
Redémptor affixus Cruci,
Nostræ dedísti pródigus
Prétium salútis sanguinem.


Ut sis perénne méntibus
Paschále, Jesu, gáudium,
A morte dira críminum
Vitæ renátos líbera.

Deo Patri sit glória,
Et Filio, qui a mórtuis
Surréxit, ac Paráclito,
In sempiterna sæcula.

Amen.

VIII. 

A URORA lucis rú-ti-lat, Cœlum láudibus ín-



Cum Rex ille fortíssimus,
Mortis confráctis víribus,
Pede concúlcans tartára,
Solvit a pœna miseros.

Ille qui clausus lápide
Custodítur sub mítile,
Triúmphans pompa nóbili,
Victor surgit de fúnere.

Solútis jam gemítibus,
Et inférfi dolóribus,
Quia surrexít Dóminus,

Respléndens clamat Angelus.
Quæsumus, Auтор ómnium,
In hoc Pascháli gáudio,
Ab omni mortis ímpetu
Tuum défende pópulum.
Glória tibi, Dómine,
Qui surrexít a mórtuis,
Cum Patre, & Sancto Spíritu,
In sempitérna sæcula.
Amen.

Secundum usum novum.

AURORA cœlum púrpurat,
Æther résultat láudibus,
Mundus triúmphans júbilat,
Horrens avérnus ínfremit.

Rex ille dum fortíssimus
De mortis inférfno specu
Patrum Senátum liberum
Edúcit ad vitæ jubar;

Cujus sepúlchrum plúrimo
Custóde signábat lapis,
Victor triúmphat, & suo
Mortem sepúlchro fúnerat.

Sat fúneri, sat lácrys, mis,
Sat est datum dolóribus :
Surréxit extinctor necis,
Clamat corúscans Angelus.

Ut sis perénne méntibus
Paschále, Jesu, gáudium,
A morte dira criminum
Vitæ renátos libera.

Deo Patri sit glória
Et Fílio, qui a mórtuis
Surréxit, ac Paráclito
In sempitérna sæcula. Amen.

- 27 -

AD VESPERAS

VIII.

A D cœ-nam Agni próvidi, Et sto-lis al-
 bis cándidi, Post tránsi-tum ma-ris rubri, Chri-
 sto canámus Príncipi.

Cujus corpus sanctissimum,
 In ara crucis tórridum,
 Cruóre ejus róseo
 Gustándo vivimus Deo.
 Protécti Paschæ vespere
 A devastante Angelo,
 Erépti de duríssimo
 Pharaónis império.
 Jam Pascha nostrum Chri-
 stus est,
 Qui immolátus Agnus est,
 Sinceritatis ázyma,
 Caro ejus obláta est.
 O vere digna hóstia,
 Per quam fracta sunt tártara,

Redémpta plebs captiváta,
 Réddita vitæ præmia.
 Consúrgit Christus túmulo,
 Victor redit de báraphro,
 Tyránum trudens vínculo,
 Et Paradísum réserans.
 Quæsumus, Auтор óm-
 nium,
 In hoc Pascháli gáudio,
 Ab omni mortis ímpetu
 Tuum défende pópulum.
 Glória tibi, Dómine,
 Qui surrexisti a mórtuis,
 Cum Patre, & Sancto Spíritu,
 In sempitérna sæcula. Amen.

Secundum usum novum.

AD régias Agni dapes,
 Stolis amiécti cándidis,
 Post tránsitum maris Rubri,
 Christo canámus Príncipi.

Divína cujus Cháritas
 Sacrum propínat sanguinem,
 Almíque membra córporis
 Amor sacérdos ímmolat.

Sparsum cruórem póstibus
Vastátor horret Angelus;
Fugítque divísum mare :
Mergúntur hostes flúctibus.

Jam Pascha nostrum Chri-
stus est,
Paschális idem víctima,
Et pura puris méntibus
Sinceritátis ázyma.
O vera cœli víctima,
Subjécta cui sunt tárta,
Solúta mortis víncula,
Recépta vitæ præmia.

Victor subáctis íferis
Trophæa Christus éxplicat :
Cœlóque apérto, súbditum
Regem tenebrárum trahit.

Ut sis perénne méntibus
Paschále, Jesu, gáudium,
A morte dira críminum
Vitæ renátos libera.

Deo Patri sit glória,
Et Fílio, qui a mórtuis
Surréxit, ac Paráclito,
In sempitérna sæcula.
Amen.



IN ASCENSIONE DOMINI

- 28 -

AD VESPERAS ET LAUDES

*In tono sequenti cantantur Hymni ejusdem metri (excepto
Æterne Rex altissime) usque ad Pentecosten, etiam in Festis
occurrentibus quæ tonum proprium non habent.*

IV.

J Esu nostra redémptri-o, Amor & de-si-

dé-ri- um, De-us Cre-á-tor ómni- um, Homo in

fi-ne témpo-rum.

Quæ te vi-cit eleménti-a, Ut ferres nostra
crími-na, Crudé-lém mortem pá-ti-ens, Ut nos a
mor-te tol-le-res.

Inféni claustra pénetrans,
Tuos captívos rédimens,
Victor triúmpho nóbili
Ad dextram Patris résidens.
Ipsa te cogat píetas,
Ut mala nostra súperes

Parcéndo, & voti cómpotes
Nos tuo vultu sáties.
Tu esto nostrum gáudium,
Qui es futúrus præmium,
Sit nostra in te glória,
Per cuncta semper sæcula.
Amen.

Secundum usum novum.

SALUTIS humánæ Sator,
Jesu volúptas códrium,
Orbis redémpti Cénditor,
Et casta lux amántium.
Qua victus es cleméntia,
Ut nostra ferres crímina,
Mortem subíres innocens,
A morte nos ut tolleres?
Perrúmpis inférnum chaos,
Vinctis caténas détrahis;

Victor triúmpho nóbili
Ad dexteram Patris sedes.
Te cogat indulgéntia
Ut damna nostra sárcias,
Tuíque vultus cómpotes
Dites beáto lúmine.
Tu Dux ad astra, & sémita,
Sis meta nostris códibus,
Sis lacrymárum gáudium,
Sis dulce vitæ præmium.
Amen.

- 29 -

AD MATUTINUM

VIII.

Æ - TER- NE Rex al- tís-sime, Redémp-tor &
 fi-dé-li- um, Quo mors so-lú-ta dé-per-it, Da-tur
 tri- úmphus grá-ti-æ.

Scandens tribúnal déxteræ
 Patris, potéstas ómnium
 Colláta Jesu cœlitus,
 Quæ non erat humánitus :
 Ut trina rerum máchina,
 Cœlestium, terréstrium,
 Et inferórum cóndita,
 Flectat genu jam súbdita.
 Tremunt vidéntes Angeli
 Versam vicem mortálium ;
 Culpat caro, purgat caro,
 Regnat Deus Dei caro.

Tu esto nostrum gáudium,
 Manens olymbo præditum :

Mundi regis qui fábricam,
 Mundána vincens gáudia.
 Hinc te precántes quæsumus,
 Ignósce culpis ómnibus,
 Et corda sursum súbleva
 Ad te supérna grátia.
 Ut cum repénte cœperis
 Clarére nube Júdicis,
 Pœnas repéllas débitas,
 Reddas corónas pérditas.
 Glória tibi, Dómine,
 Qui scandis super sídera,
 Cum Patre, & Sancto Spíritu,
 In sempitérna sæcula. Amen.

*Sic terminantur Hymni ejusdem metri, etiam in Festis occur-
 rentibus, usque ad Pentecosten.*

Secundum usum novum.

ÆTERNE Rex altissime,
 Redémp-tor & fidélium,
 Cui mors perémpta détulit
 Summæ triúmphum gloriæ :

Ascéndis orbes síderum,
 Quo te vocábat cœlitus
 Colláta, non humánitus
 Rerum potéstas ómnium :

Ut trina. rerum máchina
Coeléstium, terréstrium,
Et inferórum cóndita
Flectat genu jam súbdita.

Tremunt vidéntes Angeli
Versam vicem mortálium :
Peccat caro, mundat caro,
Regnat Deus Dei caro.

Sis ipse nostrum gáudium,
Manens Olympo præmium,
Mundi regis qui fábricam,
Mundána vincens gáudia.

Hinc te precántes quæsumus,

Ignósce culpis ómnibus,
Et corda sursum súbleva
Ad te supérna grátia :

Ut cum repénte cœperis
Clarére nube Júdicis,
Pœnas repéllas débitas,
Reddas corónas pérditas.

Jesu, tibi sit glória,
Qui victor in cœlum redis,
Cum Patre, & almo Spíritu,
In sempiterna sæcula. Amen.



IN FESTO PENTECOSTES

- 30 -

AD VESPERAS ET TERTIAM

VIII.

V

ENI Cre- á-tor Spí-ri-tus : Mentes tu-órumb
ví-si-ta, Imple su-pérna grá-ti-a, Quæ tu cre- á-
sti pécto-ra.

Qui Paráclitus díceris
Donum Dei altíssimi,
Fons vivus, ignis, cháritas,
Et spiritális únctio.

Tu septifórmis múnere,
Dextræ Dei tu digitus,
Tu rite promíssum Patris,
Sermóne ditans gúttura.

Accénde lumen sénsibus,
Infunde amórem córdibus,
Infírma nostri córporis
Virtúte firmans pépeti.
Hostem repéllas lóngius,
Pacémque dones prótinus;
Ductóre sic te prævio
Vitémus omne nónxium.

Per te sciámus da Patrem,
Noscámus atque Fílium,
Te utriúsque Spíritum,
Credámus omni témpore.
Glória Patri Dómino,
Natóque, qui a mórtuis
Surréxit, ac Paráclito,
In sæculorum sæcula. Amen.

Sic terminantur Hymni usque ad Vesperas Sabbati sequentis.

Quando prædictus Hymnus cantatur extra Tempus Paschale, semper concluditur Doxologia sequenti :

Deo Patri sit glória,
Ejúsque soli Fílio,

Cum Spíritu Paráclito,
Et nunc & in perpétuum.
Amen.

Secundum usum novum

VENI, Creátor Spíritus,
Mentes tuórum víscita,
Imple supérrna grátia,
Quæ tu creásti péctora.
Qui díceris Paráclitus,
Altíssimi donum Dei,
Fons vivus, ignis, cháritas,
Et spiritális únctio.

Tu septifórmis múnere,
Dígitus Patérnæ déxteræ,
Tu rite promíssum Patris,
Sermóne ditans gúttura.

Accénde lumen sénsibus,
Infunde amórem córdibus,

Infírma nostri córporis
Virtúte firmans pépeti.
Hostem repéllas lóngius,
Pacémque dones prótinus :
Ductóre sic te prævio
Vitémus omne nónxium.

Per te sciámus da Patrem,
Noscámus atque Fílium :
Teque utriúsque Spíritum
Credámus omni témpore.

Deo Patri sit glória,
Et Fílio, qui a mórtuis
Surréxit, ac Paráclito,
In sæculórum sæcula. Amen.

Doxologia extra Tempus Paschale :

Deo Patri sit glória,
Ejúsque soli Fílio,

Cum Spíritu Paráclito,
Nunc & per omne sæculum.
Amen.

- 31 -

AD MATUTINUM

*In tono sequenti cantantur Hymni Horarum & Completorii
per totam Octavam.*

I.

J AM Christus astra ascénderat, Re-vérsus
unde véne-rat, Promíssum Patris mú-nere San-
ctum datú- rus Spí-ri-tum.

Solémnis urgébat dies,
Quo mystico septémpli
Orbis volútus sépties,
Signat beáta témpora.

Dum hora cunctis tértia
Repénte mundus íntonat,
Orántibus Apóstolis
Deum venisse núnktat.

De Patris ergo lúmine
Decórus ignis almus est,
Qui fida Christi péctora
Calóre verbi cópleat.

Impléta gaudent viscera,
Afflata Sancto Spíritu,
Voces diuersas íntonant,
Fantur Dei magnália.

Ex omni gente cógniti,
Græcis, Latínis, Bárbaris,
Cunctisque admirántibus,
Linguis loquúntur ómnium.

Judæa tunc incrédula,
Vesána torvo spíritu,
Ructáre musti crápulam
Alúmnos Christi cóncrepat.

Sed signis & virtútibus
Occúrrit, & docet Petrus,
Falsa profári pérfidos,
Joéle teste cómprobans.

Glória Patri Dómino,
Natóque, qui a mórtuis
Surréxit, ac Paráclito,
In sæculórum sæcula. Amen.

Secundum usum novum.

JAM Christus astra ascénderat,
Re-vérsus unde vénerat,

Patris fruéndum múnere
Sanctum datúrus Spíritum.

Solémnis urgébat dies,
Quo mystico septémpli
Orbis volútus sépties
Signat beáta tém̄pora.

Cum lucis hora tértia
Repénte mundus intonat,
Apóstolis orántibus
Deum venire núnktiat.

De Patris ergo lúmine
Decórus ignis almus est,
Qui fida Christi péctora
Calóre verbi cómpleat.

Impléta gaudent viscera,
Affláta Sancto Spíritu,
Vocésque divérsas sonant,
Fantur Dei magnália.

Notique cunctis Géntibus,
Græcis, Latinis, Bárbaris,
Simúlque demirántibus,
Linguis loquúntur ómnium.

Judea tunc incrédula,
Vesána torvo spíritu,
Madére musto sóbrios
Christi fidéles íncrépat.

Sed éditis miráculis
Occúrrit, & docet Petrus
Falsum profári pérfidos,
Joéle teste cómprobans.

Deo Patri sit glória,
Et Fílio, qui a mórtuis
Surréxit, ac Paráclito,
In sæculórum sæcula. Amen.

- 32 -

AD LAUDES

I.

B

E- ATA nobis gáudi-a An̄gi redú-xit ór-

bi- ta, Cùm Spí-ri-tus Pa-rácli-tus Effúlsit in
di- cípu- los.

Ignis vibrante lúmine
Linguæ figúram détulit,
Verbis ut essent próflui,
Et charitáte férvidi.

Linguis loquúntur ómnium,
Turbæ pavent Gentilium,
Musto madére députant
Quos Spíritus repléverat.

PATRA-TA sunt hæc mysti-ce, Paschæ perá-cto
 témpo-re, Sacro di- é-rum núme-ro, Quo lege fit
 re-míssi-o.

Te nunc, Deus piissime,
 Vultu precámur cérnuo,
 Illápsa nobis cœlitus
 Largire dona Spíritus.
 Dudum sacráta péctora
 Tua replésti grátia :

Dímítte nostra crímina,
 Et da quiéta témpora.
 Glória Patri Dómino,
 Natóque, qui a mórtuis
 Surréxit, ac Paráclito,
 In sæculórum sæcula. Amen.

Secundum usum novum.

BEATA nobis gáudia
 Anni redúxit órbita,
 Cum Spíritus Paráclitus
 Illápsus est Apóstolis.

Ignis vibrante lúmine,
 Linguæ figúram détulit,
 Verbis ut essent próflui,
 Et charitáte férvidi.

Linguis loquúntur ómnium,
 Turbæ pavent Gentilium,
 Musto madére députant,
 Quos Spíritus repléverat.

Patráta sunt hæc mystice,
 Paschæ perácto témpore,

Sacro diérum círculo,
 Quo lege fit remíssio.

Te nunc Deus piissime,
 Vultu precámur cérnuo,
 Illápsa nobis cœlitus
 Largire dona Spíritus.

Dudum sacráta péctora
 Tua replésti grátia :

Dímítte nostra crímina,
 Et da quiéta témpora.

Deo Patri sit glória,
 Et Fílio, qui a mórtuis
 Surréxit, ac Paráclito,
 In sæculórum sæcula. Amen.



IN FESTO SS. TRINITATIS

- 12 -

AD VESPERAS

VIII.

LUX be- á-ta Tríni-tas, Et prin - cipá-lis
 Uni-tas ; Jam sol recédit ígne-us, Infúnde
 lumen córdibus.

Te mane laudum cármine,	Deo Patri sit glória,
Te deprecámur vespere;	Ejúsque soli Filio,
Te nostra supplex glória	Cum Spíritu Paráclito,
Per cuncta laudet sæcula.	Et nunc, & in perpétuum. Amen.

Secundum usum novum.

JAM sol recédit ígneus;	Dignérис, ut te súpplices
Tu lux perénnis Unitas,	Laudémus inter Cœlites.
Nostris, bēata Trinitas,	Patri, simúlque Filio,
Infúnde amórem córdibus.	Tibique Sancte Spíritus,
Te mane laudum cármine,	Sicut fuit, sit júgiter
Te deprecámur vespere;	Sæclum per omne glória.
	Amen.

Idem cantus servatur ad Matutinum & ad Laudes.

AD MATUTINUM

SUMMÆ Deus cleméntiæ,	Unus potentiáliter,
Mundíque factor máchinæ	Trinúsque personáliter :

Da déxteram surgéntibus,
Exsúrgat ut mens sóbria,
Flagrans & in laudem Dei
Grates repéndat débitas.

Glória Patri Dómino,
Glória Unigénito,
Una cum Sancto Spíritu,
In sempitérna sæcula. Amen.

Secundum usum novum.

SUMMÆ Parens cleméntiæ,
Mundi regis qui máchinam,
Unius & substántiæ,
Trinúsque persónis Deus :
Da déxteram surgéntibus,
Exsúrgat ut mens sóbria,

Flagrans & in laudem Dei
Grates repéndat débitas.
Deo Patri sit glória,
Natóque Patris único,
Cum Spíritu Paráclito,
In sempitérna sæcula. Amen.

AD LAUDES

Tu Trinitatis Unitas,
Orbem poténter quæ regis,
Atténde laudum cántica,
Quæ excubántes psállimus.
Ortus refúlget lúcifer,
Sparsámque lucem núnctiat,

Cadit calígō nóctium,
Lux sancta nos illúminet.
Deo Patri sit glória,
Ejúsque soli Fílio,
Cum Spíritu Paráclito,
Et nunc, & in perpétuum.
Amen.

Secundum usum novum.

Tu Trinitatis Unitas,
Orbem poténter quæ regis,
Atténde laudis cáanticum,
Quod excubántes psállimus.
Ortus refúlget Lúcifer,
Præítque Solem núnctius,

Cadunt tenébræ nóctium :
Lux sancta nos illúminet.
Deo Patri sit glória,
Ejúsque soli Fílio,
Cum Spíritu Paráclito,
Nunc, & per omne sæculum.
Amen.



IN FESTO CORPORIS CHRISTI

- 33 -

AD VESPERAS

III.

P ANGE lingua glo-ri-ó-si Córpo-ris mysté-
ri-um Sanguinísque pre-ti-ó-si, Quem in mun-
di pré-ti-um Fructus ventris gene-ró-si, Rex effú-
dit gén-ti-um.

Nobis datus, nobis natus,
Ex intácta Vírgine,
Et in mundo conversátus,
Sparso verbi sémine,
Sui moras incolátus
Miro clausit órdine.

In suprémæ nocte cœnæ
Recúmbens cum frátribus,
Observáta lege plene
Cibis in legálibus,
Cibum turbæ duodénæ
Se dat suis mánibus.
Verbum caro, panem verum
Verbo carnem éfficit,
Fitque sanguis Christi merum,


Et si sensus déficit,
Ad firmándum cor sincérum
Sola fides sufficit.



Tantum ergo Sacraméntum
Venerémur cérnui :
Et antiquum documéntum
Novo cedat rítui :
Præstet fides suppléméntum
Sénsuum deféctui.
Genitóri, Genitóque
Laus & jubilátió,
Salus, honor, virtus quoque
Sit & benedíctio :
Procedénti ab utróque
Compar sit laudátió. Amen.

*Ad Completorium & per Horas in fine Hymnorum, dicitur
Glória tibi, Dómine, Qui natus es de Virgine, vel Jesu tibi
sit glória, &c., & sic per totam Octavam.*

- 34 -

AD MATUTINUM

I. 

S ACRIS so-lémni- is juncta sint gáudi- a,

 Et ex præ-córdi- is sonent præcóni- a : Recédant

 véte-ra, nova sint ómni-a, Corda, voces & ópera.

Noctis recólitur cœna novíssima,
 Qua Christus créditur agnum & ázyma
 Dedísse frátribus, juxta legítima
 Priscis indúlta pátribus.

Post agnum typicum, explétis épulis,
 Corpus Domínicum datum discípulis,
 Sic totum ómnibus, quod totum singulis,
 Ejus fatémur máníbus.

Dedit fragilíbus córporis férculum,
 Dedit & tristibus sanguinis póculum,
 Dicens : Accipite quod trado vásulum,
 Omnes ex eo bíbite.

Sic sacrificium istud instituit,
 Cujus officium committi voluit
 Solis Presbyteris, quibus sic cóngruit,
 Ut sumant, & dent cæteris.

Panis Angélicus fit panis hóminum ;
 Dat panis cœlicus figúris térmínus :

O res mirabilis! manducat Dóminum
Pauper, servus, & húmilius.
Te, trina Déitas unáque, póscimus,
Sic nos tu víscita, sicut te cólimus:
Per tuas sémitas duc nos quo téndimus,
Ad lucem, quam inhábitas. Amen.

- 29 -

AD LAUDES

In tono sequenti cantantur Hymni ejusdem metri per totam Octavam, etiam in Festis occurrentibus quæ tonum proprium non habent.

VIII.

V ERBUM su-pérnum pródi- ens, Nec Patris
linquens déxteram, Ad opus su-um é-xi- ens, Ve-
nit ad vi-tæ vésperam.

In mortem a discípulo
Suis tradéndus æmulis,
Prius in vitæ férculo
Se trádidit discípulis.
Quibus sub bina spécie
Carnem dedit, & ságuinem,
Ut dúplicis substántiae
Totum cibáret hóminem.
Se nascens dedit sócium,
Convéscens in edúlium,

Se móriens in prétiūm,
Se regnans dat in præmiūm.
O salutáris Hóstia,
Quæ cœli pandis óstium :
Bella premunt hostília,
Da robur, fer auxílium.
Uni trinóque Dómino
Sit sempitérna glória :
Qui vitam sine término
Nobis donet in pátria. Amen.



PROPRIUM SANCTORUM

DIE VIII. DECEMBRIS

IN FESTO

IMMACULATÆ CONCEPTIONIS
BEATÆ MARIAE VIRGINIS

AD VESPERAS, *Hymnus Ave Maris stella ut in Festis B. M. V.*

- 35 -

AD MATUTINUM

In tono sequenti cantantur omnes Hymni ejusdem metri per totam Octavam, exceptis Hymnis de Tempore.

II.

P RÆCLARA custos Vírginum, Intácta Ma-ter

Nú-minis, Cœlestis aulæ jánu-a, Spes nostra,

cœ-li gáudi- um :

Inter rubéta lílium,
Colúmba formosíssima,
Virga e radice gérminalis
Nostro medélam vúlneri;

Turris dracóni impérvia,
Amíca stella náufragis :
Tuére nos a fráudibus,
Tuáque luce dírige.

Erróris umbras díscute,
Syrtes dolósas ámove,
Fluctus tot inter déviis
Tutam reclúde sémitam.
Glória tibi, Dómine,
Qui natus es de Virgine,

Cum Patre & Sancto Spíritu,
In sempitérna sæcula. Amen.
Doxol. secundum usum novum.
Jesu, tibi sit glória,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre, & almo Spíritu &c.

Ad Completorium & Horas, in fine Hymnorum dicitur :
Glória tibi, Dómine, Qui natus es de Virgine, *vel* Jesu, tibi
sit glória, *quod semper servatur quando fit Officium de S. Maria*
& per Octavas ejusdem, in omnibus Hymnis ejusdem metri,
etiam Dominicæ vel Festorum.

AD LAUDES, *Hymnus O gloriósa Dómina, vel O gloriósa*
Virginum, ut in Festis B. M. V.

DOMINICA II. POST EPIPHANIAM

IN FESTO SS. NOMINIS JESU

- 19 -

AD VESPERAS

Cantus sequens servatur ad cæteras Horas.

I.

Esu dulcis me-mó-ri-a, Dans vera cordis
gáu-di-a : Sed super mel & ómni-a, Ejus dul-
cis præ-sénti-a.

In aliquibus locis cantantur Hymni ad omnes Horas ut sequitur :

-36-

I. JESU dulcis memó-ri- a, Dans ve-ra cordis
gáudi- a, Sed super mel & ómni- a E-jus dul-
cis præsénti- a.

Nil cánitur suávius,
Nil auditur jucúndius,
Nil cogitátur dúlcius,
Quam Jesus Dei Fílius.

Jesu, spes pœniténtibus,
Quam pius es peténtibus!
Quam bonus te quæréntibus!
Sed quid inveniéntibus!

Nec lingua valet dicere,
Nec líttera exprímere;
Expértus potest crédere,
Quid sit Jesum diligere.

Sis, Jesu, nostrum gáudium,
Qui es futúrus præmium :
Sit nostra in te glória,
Per cuncta semper sæcula.
Amen.

Ad Completorium & Horas in fine Hymnorum dicitur
Glória tibi, Dómine, Qui natus es de Virgine, *vel* Jesu tibi
sit glória.

AD MATUTINUM

JESU, Rex admirábilis,
Et triumphátor nóbilis,
Dulcédo ineffábilis,
Totus desiderábilis :

Quando cor nostrum vísitas
Tunc lucet ei véritas
Mundi viléscit vánitas,
Et intus fervet cháritas.

Jesu, dulcédo córdium,
Fons vivus, lumen méntium,
Excédens omne gáudium,
Et omne desidérium.

Jesum omnes agnóscite,
Amórem ejus póscite ;
Jesum ardénter quærите,
Quæréndo inardéscite.

Te nostra, Jesu, vox sonet,
Nostri te mores exprimant,
Te corda nostra diligent,
Et nunc, & in perpetuum.
Amen.

AD LAUDES

JESU, decus Angelicum,
In aure dulce canticum,
In ore mel mirificum,
In corde nectar coelicum.

Qui te gustant, esuriunt;
Qui bibunt, adhuc sitiunt;
Desiderare nesciunt,
Nisi Jesum, quem diligunt.
O Jesu mi dulcissime,
Spes suspirantis animæ!

Te querunt piæ lacrymæ,
Te clamor mentis intimæ.
Mane nobiscum, Domine,
Et nos illustra lumine;
Pulsa mentis caligine,
Mundum reple dulcedine.
Jesu flos Matris Virginis,
Amor nostræ dulcedinis,
Tibi laus, honor nominis,
Regnum beatitudinis. Amen.

DIE XVIII. JANUARII
IN FESTO CATHEDRÆ S. PETRI
QUA ROMÆ PRIMUM SEDIT.

- 37 -

AD VESPERAS ET MATUTINUM

IV.

Uodcumque vincis super terram strinxeris
E-rit in astris re-ligatum fôrti-ter; Et quod re-
solvitur in terris ar-bítri-o E-rit so-lú-tum super

cœli rá-di-um : In fine mundi judex e-ris sœcu-li.
 GLORI- A Patri per imménsa sœcu-la, Sit tibi,
 Na-te, de-cus & impé-ri- um, Honor, potésta,
 Sanctóque Spi-rí-tu-i: Sit Trini-tá- ti sa-lus indi-
 ví-du-a, Per infiní- ta sœculórum sœ-cula. Amen.

Secundum usum novum.

QUODCUMQUE in orbe néxibus revínixeris,
 Erit revínctum, Petre, in arce síderum ;
 Et quod resólvit hic potésta trádita,
 Erit solútum cœli in alto vértece :
 In fine mundi judicábis sœculum.

Patri perénne sit per ævum glória,
 Tibique laudes concinámus ínclytas,
 Ætérne Nata, sit supérne Spíritus
 Honor tibi decúsque : sancta júgiter
 Laudétur omne Trinitas per sœculum. Amen.

AD LAUDES, *Hymnus ut ad Laudes in Festo SS. Apostolorum Petri & Pauli, omissa secunda strophe.*

DIE XXV. JANUARII

IN CONVERSIONE S. PAULI, APOST.

AD VESPERAS ET MATUTINUM, *Hymnus Doctor egrégie Paule, vel Egrégie Doctor Paule, ut in Festo SS. Apostolorum Petri & Pauli ad Laudes.*

AD LAUDES, *Hymnus Exsultet de Communi Apostolorum.*

DIE XXX. JANUARII

S. MARTINÆ VIRGINIS ET MARTYRIS

AD VESPERAS

Sequentes Hymni cantantur in tono Hymni Sánctorum méritis de Communi plurimorum Martyrum.

MARTINÆ célebri pláudite nómini,
Cives Romúlei, pláudite glóriæ;
Insígnem méritis dícite Vírginem,
Christi dícite Mártyrem.

Hæc dum conspícuis orta paréntibus
Inter delicias, inter amábiles
Luxus illécebras dítibus affluit
Faustæ munéribus domus :

Vitæ despíciens cómmoda, dédicat
Se rerum Dómino & munífica manu
Christi paupéribus distribuens opes,
Quærít præmia cœlitum.

A nobis ábigas lúbrica gáudia
Tu, qui Martyribus dexter ades, Deus
Une & trine : tuis da fámulis jubar,
Quo clemens ánimos beas. Amen.

Si in I Vesperis dictus non fuit Hymnus Martinæ célebri, dicatur ad Matutinum cum Hymno Non illam crúcians, sub una conclusione A nobis ábigas, &c.

AD MATUTINUM

NON illam crúcians úngula, non feræ,
Non virgæ horribili vúlnere cómmovent;
Hinc lapsi e Súperum sédibus Angeli
Cœlesti dape récreant.

Quin & depósta sœvítie leo
Se rictu plácido prójicit ad pedes :
Te, Martína, tamen dans gládium neci
Cœli cœtibus inserit.

Te, thuris rédolens ara vapóribus
Quæ fumat, précibus júgiter ínvocat,
Et falsum périmes auspícium tui
Delet nóminis ómine.

A nobis ábigas lúbrica gáudia
Tu, qui Martyribus dexter ades, Deus
Une, & Trine : tuis da fámulis jubar,
Quo clemens ánimos beas. Amen.

AD LAUDES

Tu natále solum prótege, tu bonæ
Da pacis réquiem Christiadum plagis;
Armórum strépitus & fera prælia
In fines age Thrácos :

Et regum sócians ágmina sub Crucis
Vexillo, Sólymas néxibus exime,
Vindéxque innócui sanguinis hósticum
Robur fúnditus érue.

Tu nostrum cólumen, tu decus ínlytum,
Nostrárum obséquium respice méntium ;
Romæ vota libens exíce, quæ pio
Te ritu canit & colit.

A nobis ábigas lúbrica gáudia
Tu, qui Martyribus dexter ades Deus
Une & Trine : tuis da fámulis jubar,
Quo clemens animos beas. Amen.

DIE XXII. FEBRUARII

IN CATHEDRA S. PETRI ANTIOCHIÆ

Hymni ut in Festo Cathedræ Romanæ, pag. 65.

DIE XIX. MARTII

IN FESTO S. JOSEPH, SPONSI B. M. V.

-38-

AD VESPERAS

I.

T E Jo-SEPH, cé-lebrent ágmina cœ-li-tum:
 Te cuncti résonent Christí- adum chori, Qui cla-
 rus mé-ri-tis, junctus es ínclytæ Casto fœdere
 Vírgi-ni.

Almo cum túmidam gérmine cónjugem
 Admirans, dúbio tángeris ánxius,
 Afflátu súperi Fláminis Angelus
 Concéptum púerum docet.

Tu natum Dóminum stringis, ad éxteras
 Ægypti prófugum tu séqueris plagas;
 Amíssum Sólymis quæris, & ínvenis,
 Miscens gáudia flétibus.


Post mortem réliquos mors pia cónsecrat,
 Palmámque eméritos glória súscipit :
 Tu vivens, Súperis par, frúeris Deo,
 Mira sorte beatior.
 Nobis, summa Trias, parce precántibus,
 Da Joseph méritis sidéra scándere :
 Ut tandem liceat nos tibi pépetim
 Gratum prómtere cáanticum. Amen.

*Hymni Completorii & Horarum cantantur in tono solemni
 Hymni Confessorum ad Laudes.*

- 39 -

AD MATUTINUM

I.



C EЛИTUM Jo-seph decus, atque nostræ Certa
 spes vi-tæ, columénque mundi, Quas ti-bi læ-ti
 cánimus, benígnus Súscipe laudes.

Te Sator rerum státuit pudicæ
 Virginis sponsum, voluitque Verbi
 Te patrem dici, dedit & minístrum
 Esse salútis.

Tu Redemptórem stábulo jacéntem,
 Quem chorus Vatum cécinit futúrum,
 Aspicis gaudens, humiliisque natum
 Numeñ adóras.

Rex Deus regum, Dominátor orbis,
 Cujus ad nutum tremit inferórum

Turba, cui pronus famuláatur æther,
Se tibi subdit.

Laus sit excélsæ Triadi perénnis,
Quæ tibi præbens súperos honóres,
Det tuis nobis méritis beátæ
Gáudia vitæ. Amen.

- 40 -

AD MATUTINUM

VIII. I

S-TE, quem læ- ti có-limus fidé-les, Cu-jus
excélsos cánimus tri- úmphos, Hac di- e Jo-seph
mé-ru-it per- énnis Gáudi- a vi-tæ.

O nimis felix, nimis o beátus,
Cujus extrémam vígiles ad horam
Christus & Virgo simul adstítérunt
Ore seréno.

Hinc stygis víctor, láqueo solútus
Carnis, ad sedes plácido sopóre
Migrat ætérnas, rutilisque cingit
Témpora sertis.

Ergo regnántem flagitémus omnes
Adsit ut nobis, veniámque nostris
Obtinens culpis, tribuat supérnæ
Múnera pacis.

Sint tibi plausus, tibi sint honóres,
Trine, qui regnas, Deus, & corónas
Aureas servo tribuis fidéli,
Omne per ævum. Amen.



FERIA SEXTA POST DOM. PASSIONIS
IN FESTO VII. DOLORUM B. MARIAE V.

- 41 -

AD VESPERAS

*Si ob aliquam causam omittendæ sunt I Vesperæ, Hymnus
Stabat Mater jungatur cum Sancta Mater ad Matutinum.*

VI.

S

TABAT Ma-ter do-lo-rósa Juxta Crucem la-
crymósá, Dum pendébat Fí-li- us.

Cujus ánimam geméntem,
Contristátam, et doléntem,
Pertransívit gládium.

O quam tristis, et afflicta
Fuit illa benedicta
Mater Unigéni!

Quæ mœrébat, & dolébat,
Pia Mater dum vidébat
Nati pœnas íncliti.

Quis est homo qui non
fleret,
Matrem Christi si vidéret
In tanto supplicio?
Quis non posset contristári,

Christi Matrem contemplári
Doléntem cum Fílio?

Pro peccátis suæ gentis,
Vidit Jesum in torméntis,
Et flagéllis súbditum.

Vidit suum dulcem Natum
Moriéndo desolátum,
Dum emisit spíritum.

Eia Mater, fons amórís,
Me sentire vim dolórís
Fac ut tecum lúgeam.

Fac ut árdeat cor meum
In amándo Christum Deum,
Ut sibi compláceam. Amen.

Idem cantus servatur ad Matutinum & Laudes.

*Hymni Completorii & Horarum cantantur in tono Quem
terra, pontus, æthera, & in fine eorum dicitur : Glória tibi
Dómine, Qui natus es de Vírgine, vel Jesu tibi sit glória.*

AD MATUTINUM

SANCTA Mater, istud agas,
Crucifixi fige plagas
Cordi meo válide.
Tui Nati vulneráti,
Tam dignáti pro me pati,
Poenas mecum dívide.

Fac me tecum pie flere,
Crucifixo condolére,
Donec ego víxero.
Juxta Crucem tecum stare,
Et me tibi sociáre
In planétu desidero. Amen.

AD LAUDES

VIRGO virginum præclára,
Mihi jam non sis amára,
Fac me tecum plángere.
Fac, ut portem Christi
mortem,
Passiónis fac consórtem,
Et plagas recólere.
Fac me plagis vulnerári,
Fac me Cruce ineibriári,
Et cruóre Filii.

Flammis ne urar succénsus,
Per te, Virgo, sim defénsus
In die judícií.
Christe, cum sit hinc exíre,
Da per Matrem me venire
Ad palmam victoriæ.
Quando corpus moriéatur,
Fac ut ánimæ donétur
Paradisi glória.
Amen.

DIE XIII. APRILIS

S. HERMENEGILDI, MARTYRIS

- 42 -


AD VESPERAS ET LAUDES

Quando ob aliquam causam omittuntur I Vesperæ, Hymnus Regáli sólio ponitur ad Matutinum, & Hymnus Matutini dicitur in Laudibus.

II.

R EGALI só-li-o fortis Ibé- ri-æ Hermene-

gilde jubar, gló-ri- a mártýrum Christi quos a-



mor almis Cœ-li cœtibus ínse-rit.

Ut perstas pátiens, pollícitum Deo
Servans obséquium ! quo pótius tibi

Nil propónis, & arces

Cautus nóxia, quæ placent.

Ut motus cóhibes, pábula qui parant
Surgéntis vítii, non dúbios agens

Per vestígia gressus,

Quo veri via dírigit !

Sit rerum Dómino jugis honor Patri,

Ei Natum célebrent ora precántium,

Divinúmque suprémis

Flamen láudibus éfferant. Amen.

AD MATUTINUM

NULLIS te génitor blandítiis trahit,
Non vitæ cáperis dívitís ótio,

Gemmarúmve nitóre,

Regnandíve cupídine.

Diris non ácies te gládii minis,
Nec terret périmens carníficis furor :

Nam mansúra cadúcis

Præfers gáudia cœlítum.

Nunc nos e Súperum prótege sédibus
Clemens, atque preces, dum cánimus tua

Quæsitam nece palmam,

Pronis áuribus éxcipe.

Sit rerum Dómino jugis honor Patri,
Et Natum célebrent ora precántium,

Divinúmque suprémis

Flamen láudibus éfferant. Amen.

DOMINICA III. POST PASCHA

IN FESTO PATROCINII S. JOSEPH

AD VESPERAS & MATUTINUM, *Hymnus Te Joseph* célébrent,
p. 69.

AD LAUDES, *Hymnus Cœlitum Joseph*, p. 70.

DIE III. MAII



IN FESTO INVENTIONIS S. CRUCIS


Hymni ut in Dominica Passionis p. 40. *In Hymno Vexilla Regis non mutatur Doxologia, neque cantus. Hymni vero Horarum cantantur in tono Paschali.*

DIE VIII. MAII

IN APPARITIONE S. MICHAELIS ARCHANG.

- 43 - AD VESPERAS ET MATUTINUM

II.

T IBI, Christe, splendor Patris, Vi-ta, vir-

tus córdi- um, In conspéctu Ange-ló- rum Vo-tis

vo-ce psállimus, Alternántes concrepándo, Melos

damus vó-cibus.

76 8 Maii. In Apparitione S. Michaelis Archangeli

Collaudámus venerántes
 Omnes cœli mílités :
 Sed præcipue Primátem
 Cœlestis exércitus,
 Michaélem in virtúte
 Conteréntem zábulum.
 Quo custóde procul pelle,
 Rex, Christe, piíssime,
 Omne nefas inimíci,

Mundo corde & córpore,
 Paradiso redde tuo
 Nos sola cleméntia.
 Glóriam Patri melódis
 Personémus vócibus;
 Glóriam Christo canámus,
 Glóriam Paráclito,
 Qui trinus & unus Deus
 Exstat ante sæcula. Amen.

- 44 -

Secundum usum novum.

V.

T

E splendor & virtus Patris, Te vi-ta Jesu,

córdi- um, Ab ore qui pendent tu-o, Laudámus

inter Ange-los.

Tibi mille densa míllium
 Ducum coróna militat :
 Sed éplícitat Victor Crucem
 Michæl salútis signifer.
 Dracónis hic dirum caput
 In ima pellit tárta,
 Ducémque cum rebélibus
 Cœlesti ab arce fúlminat.
 Contra ducem supérbiæ

Sequámur hunc nos Princi-
 pem,
 Ut detur ex Agni throno
 Nobis coróna glóriæ,
 Deo Patri sit glória,
 Et Filio, qui a mórtuis
 Surréxit, ac Paráclito,
 In sempitérna sæcula.
 Amen.

- 45 -

AD LAUDES

IV.



Angelum pacis Míchael ad istam
Cœlitus mitti rogítamus aulam,
Nobis ut crebro veniénte crescant
Próspera cuncta.

Angelus fortis Gábriel, ut hostem
Pellat antíquum, vólitet ab alto,
Sæpius templum véniens ad istud
Visere nostrum.

Angelum nobis mèdicum salútis
Mitte de cœlis Ráphael, ut omnes
Sanet ægrótos, paritérque nostros
Dirigat actus.

Hinc Dei nostri génitrix María,
Totus & nobis chorus Angelórum
Semper assístat, simul & beáta
Cóncio tota.

Præstet hoc nobis Déitas beáta
Patris ac Nati, paritérque Sancti
Spíritus, cuius réboat in omni
Glória mundo. Amen.

Secundum usum novum.

CHRISTE sanctórum decus Angelórum,
 Gentis humánæ Sator & Redémptor,
 Cœlum nobis tribuas beatas
 Scàndere sedes.

Angelus pacis Míchael in ædes
 Cœlitus nostras véniat; serénæ
 Auтор ut pacis lacrymósæ in orcum
 Bella reléget.

Angelus fortis Gábriel, ut hostes
 Pellat antiquos, & amica cœlo,
 Quæ triumphátor státuit per orbem,
 Templa revisat.

Angelus nostræ médicus salútis
 Adsit e cœlo Ráphael, ut omnes
 Sanet ægrótos, dubiósque vitæ
 Dirigat actus.

Virgo Dux pacis, Genitrixque lucis,
 Et sacer nobis chorus Angelórum
 Semper assistat, simul & micántis
 Régia cœli.

Præstet hoc nobis Déitas beáta
 Patris, ac Nati, paritérque Sancti
 Spíritus, cuius résonat per omnem
 Glória mundum. Amen.

DIE XVIII. MAII
 S. VENANTII, MARTYRIS

Hymni sequentes cantantur ut in Festis Tempore Paschali.

AD VESPERAS

*Hymnus sequens, quando non fuit dictus in I Vesperis, jun-
 gitur cum Hymno Matutini sub una conclusione, Sit laus Patri.*

MARTYR Dei Venántius,
Lux & decus Camértium,
Tortóre victo & júdice,
Lætus triúmphum cóncinit.
Annis puer post víncula,
Post cáceres, post vérbera,
Longa fame freméntibus
Cibus datur leónibus.
Sed ejus innocéntiae
Parcit leónum immánitas,

Pedésque lambunt Mártyris
Iræ famisque immémores.
Verso deórsum vértice
Hauríre fumum cògitur :
Costas utrímque & víscera
Succénsa lampas ústulat.
Sit laus Patri, sit Fílio,
Tibique, Sancte Spíritus :
Da per preces Venántii
Beáta nobis gáudia. Amen.

AD MATUTINUM

ATHLETA Christi nóbilis
Idóla damnat Géntium,
Deíque amóre sáucius
Vitæ perícla déspicit.
Loris revínctus áasperis,
E rupe præcps vólvitur :
Spinéta vultum láncinant,
Per saxa corpus scínditur.
Dum membra raptant Már-
tyris,
Languent siti satéllites :

Signo Crucis Venántius
E rupe fontes élicit.
Bellátor o fortíssime,
Qui pérfidis tortóribus
E caute præbes póculum,
Nos rore grátiae irriga.
Sit laus Patri, sit Fílio,
Tibique, Sancte Spíritus :
Da per preces Venántii
Beáta nobis gáudia.
Amen.

AD LAUDES

DUM nocte pulsa lúcifer
Diem propinquam núntiat,
Nobis refert Venántius
Lucis beatæ múnera.
Nam críminum caliginem,
Stygisque noctem dépulit;
Veróque cives lúmine
Divinitatis ímbuit.
Aquis sacri Baptismatis
Lustrávit ille pátriam :

Quos tinxit unda mílites,
In astra misit mártires.
Nunc Angelórum párticeps
Adésto votis súpplicum :
Procul repélle crímina,
Tuúmque lumen íngere.
Sit laus Patri, sit Fílio,
Tibique, Sancte Spíritus :
Da per preces Venántii
Beáta nobis gáudia. Amen.



FERIA VI. POST OCT. CORPORIS CHRISTI

IN FESTO SACRAT. CORDIS D. N. J. C.

- 46 -

AD MATUTINUM

Tonus sequens servatur ad Completorium tam in Vigilia quam in die, & ad omnes Horas diei.

VI.

E N ut supérba crí- minum Et sæva nostró-
rum cohors Cor sauci-ávit ínno-cens Merén- tis
haud ta-le De- i.

Vibrántis hastam mílitis
Peccáta nostra dírigunt;
Ferrúmque diræ cùspidis
Mortále crimen ácuit.

Ex Corde scisso Ecclésia
Christo jugáta náscitur;
Hoc óstium Arcæ in látere est
Genti ad salútem pósitum.

Ex hoc perénnis grátia,
Ceu septifórmis flúvius :

Stolas ut illic sórdidas
Lavémus Agni in sanguine.
Turpe est redire ad crímina,
Quæ Cor beátum lácerent :
Sed æmulémur córdibus
Flammas amóris índices. [ter,
Hoc, Christe nobis, hoc Pa-
Hoc Sancte dona Spíritus,
Quibus potéstas, glória,
Regnúmque in omne est sæ-
culum. Amen.

AD LAUDES

Cor, Arca legem cóntinens Sed gratiæ, sed véniae,
Non servitútis véteris; Sed & misericórdiæ.

Cor, sanctuárium novi
Intemerátum fœderis,
Templum vetústo sánctius,
Velúmque sciso utilius.

Te vulnerátum cháritas
Ictu paténti vóluit;
Amoris invisibilis
Ut venerémur vúlnera.

Hoc sub amoris symbolo
Passus cruenta & mystica,
Utrumque sacrificium

Christus Sacérdos óbtulit.
Quis non amántem réda-
met?

Quis non redémptus díligat,
Et Corde in isto séligat
Æterna tabernácula?
Decus Parénti, & Filio,
Sanctóque sit Spirítui,
Quibus potéstas, glória,
Regnúmque in omne est sæ-
culum. Amen.

AD VESPERAS

AUCTOR beáte sæculi,
Christe Redémptor ómnium,
Lumen Patris de lúmine,
Deúsque verus de Deo.

Amor coégit te tuus
Mortale corpus súmere,
Ut novus Adam rédderes
Quod vetus ille abstulerat.

Ille amor almus ártifex
Terræ, marisque, & siderum,
Erráta Patrum miserans,
Et nostra rumpens víncula.

Non corde discédat tuo

Vis illa amoris íncliti :
Hoc fonte gentes háuriunt
Remissiónis grátiam.
Percússum ad hoc est láncea,
Passúmque ad hoc est vúl-
nera;
Ut nos laváret sórdibus
Unda fluénte, & sanguine.
Decus Parénti, & Filio,
Sanctóque sit Spiritui,
Quibus potéstas, glória,
Regnúmque in omne est sæ-
culum. Amen.



DIE XIX. JUNII

S. JULIANÆ DE FALCONERIIS, VIRGINIS

AD VESPERAS ET MATUTINUM

*Hymnus sequens cantatur in tono communi Virginum, nisi
aliter postulet Octava in qua inciderit.*

CÉLESTIS Agni núptias,
O Juliána, dum petis,

Domum patérnām déseris,
Chorūmque ducis Vírginum.

Sponsúmque suffíxum Crucí
 Noctes diésque dum gemitis,
 Dolóris icta cùspide
 Spensi refers imáginem,
 Quin septifórni vñnero
 Fles ad genu Deíparæ;
 Sed crèscit infusa fletu,
 Flammásque tollit cháritas.

Hinc morte fessam próxima
 Non usitato te modo
 Soláatur & nutrit Deus,
 Dapem supérnam pòrrigens.
 Æterne rerum Cónditor,
 Æterne Fili par Patri,
 Et par utriq[ue] Spíritus,
 Soli tibi sit glória. Amen.



DIE XXIV. JUNII

IN NATIVITATE S. JOANNIS BAPTISTÆ

- 47 -

AD VESPERAS

II.

U T que- ant laxis resoná-re fibris Mi-ra
 gestó-rum fámili tu-ó-rum, Sol-ve pollú-ti lá-
 bi- i re- á-tum, Sancte Jo- ánnes.

Núntius celso véniens Olympo,
 Te patri magnum fore nasciturum;
 Nomen, & vitæ sériem geréndæ
 Ordine promit.

Ille promissi dúbius supérni,
 Pérdidit promptæ módulos loquélæ :
 Sed reformásti génitus perémtæ
 Organa vocis.

Ventris obstruso récubans cubili,
 Sénseras Regem thálamo manéntem :
 Hinc parens nati méritis utérque
 Abdita pandit.

Glória Patri, genitæque Proli,
 Et tibi compar utriusque semper,
 Spíritus alme, Deus unus, omni
 Témpore sæcli. Amen.

Doxologia secundum usum novum.

Sit decus Patri, genitæque Proli,
 Et tibi compar utriusque virtus
 Spíritus semper, Deus unus omni
 Témporis ævo. Amen.

Ad Completorium & per Horas, præterquam in Octava Corporis Christi, servatur tonus solemnior Hymni Jesu coróna célsior & sic per Octavam in omnibus Hymnis ejusdem metri usque ad Festum SS. Apostolorum Petri & Pauli.

AD MATUTINUM

ANTRA deserti téneris sub annis,
 Cívium turmas fúgiens, petisti,
 Ne levi saltem maculáre vitam
 Fâmine posses.

Præbuit hirtum tégumen camélus
 Artibus sacris, stróphium bidéntes;
 Cui latex haustum, sociáta pastum
 Mella locústis.

Cæteri tantum cecinére Vatum
 Corde præsago jubar affutúrum :
 Tu quidem mundi scelus auferéntem
 Indice prodis.

Non fuit vasti spátium per orbis
 Sánctior quisquam génitus Joánne,
 Qui nefas sæcli méruit lavántem
 Tingere lymphis.

Glória Patri, genitæque Proli,
 Et tibi compar utriusque semper,
 Spíritus alme, Deus unus, omni
 Témpore sæcli. Amen.

Secundum usum novum.

ANTRA deserti téneris sub annis,
 Civium turmas fúgiens, petísti,
 Ne levi posses maculare vitam
 Crimine linguæ.

Præbuit durum tégumen camélus
 Artibus sacris, stróphium bidéntes;
 Cui latex haustum, sociáta pastum
 Mella locústis.

Cæteri tantum cecinére Vatum
 Corde præságio jubar affutúrum;
 Tu quidem mundi scelus auferéntem
 Indice prodis.

Non fuit vasti spátium per orbis
 Sánctior quisquam génitus Joánnē;
 Qui nefas sæcli méruit lavántem
 Tingere lymphis.

Sit decus Patri, genitæque Proli,
 Et tibi compar utriusque virtus
 Spíritus semper, Deus unus, omni
 Témporis ævo. Amen.

- 47 -

AD LAUDES

II.

The musical notation consists of two staves of square neumes on a four-line staff system. The first staff begins with a large open circle (O) followed by a vertical bar. The second staff begins with a vertical bar. The lyrics are written below the staves:

NIMIS fel-ix, me-ri-tique celsi, Nésci- ens
 la-bem ní-ve-i pudó-ris, Præ-po-tens Martyr,



nemo-rúmque cultor, Má-xime Va-tum !

Serta ter denis álios corónant
Aucta creméntis, duplicáta quosdam;
Trina centéno cumuláta fructu

Te sacer ornant.

Nunc potens nostri méritis opímis
Péctoris duros lápides repélle :
Asperum planans iter, & refléxos
Dirige calles.

Ut pius mundi Sator & Redémptor,
Méntibus pulsa liviōne puris,
Rite dignétur véniens sacrátos
Pónere gressus.

Láudibus cives célebrent supérni
Te, Deus simplex, paritéque trine :
Súpplices & nos véniam precámur :
Parce redémpsis. Amen.

Secundum usum novum.

O NIMIS felix, meritique celsi,
Nésciens labem nívei pudóris,
Præpotens Martyr, nemorúmque cultor,
Máxime Vatum.

Serta ter denis álios corónant
Aucta creméntis, duplicáta quosdam;
Trina te fructu cumuláta centum
Néxibus ornant.

Nunc potens nostri méritis opímis
Péctoris duros lápides revélle,
Asperum planans iter, & refléxos
Dirige calles.

Ut pius mundi Sator, & Redémptor,
Méntibus culpæ sine labe puris,

Rite dignéatur véniens beátos

Pónere gressus.

Láudibus cives célebrent supérni

Te Deus simplex, paritérque trine;

Súpplices & nos véniam precámur :

Parce redémpsis. Amen.



DIE XXIX. JUNII

IN FESTO SS. APOST. PETRI & PAULI

- 48 -

AD VESPERAS

I.

A URE-A luce & decó-re róse-o, Lux lu-

cis omne perfudísti sæculum : Decó-rans cœ-los

ínclyto mar-tý-ri-o Hac sa-cra di- e, quæ dat

re-is véní- am. Já-ni-tor cœ-li, Doctor orbis pá-

riter, Júdi- ces sæcli, vera mundi lúmina : Per

cru-cem al-ter, alter ense tri- úmphans, Vi-tæ se-

ná-tum laure- á-ti póssident. O fe-lix Roma,
quæ tantó-rum Príncipum Es purpu-rá-ta pre-ti-
oso Sánguine : Non laude tu- a, sed ipsórum
mé-ri-tis Excél- lis omnem mundi pulchri- túdi-
nem. Sit Tri-ni-tá-ti sempi-térrna gló-ri- a, Ho-
nor, po-tésta, atque jubi- lá-ti- o, In u-ni-tá-te,
cui manet impé-ri-um, Ex tunc, & mo-do, per
æ-térrna sæcu-la. Amen.

Idem Hymnus cantari potest etiam in sequenti tono Laudum.

Secundum usum novum.

DECORA lux æternitatis áuream
Diem beatis irrigavit ignibus,
Apostolorum quæ corónat Príncipes,
Reisque in astra liberam pandit viam.

Mundi Magíster, atque cœli Jánitor,
Romæ paréntes, arbitrique géntium,
Per ensis ille, hic per crucis vñctor necem
Vitæ senátum laureáti pòssident.

O Roma felix, quæ duórum Príncipum
Es consecrata glorióso sanguine :
Horum crúore purpuráta cæteras
Excéllis orbis una pulchritudines.

Sit Trinitati sempiterna glória,
Honor, potéstan, atque jubilatio,
In unitate, quæ gubernat ómnia,
Per univérsa sæculorum sæcula. Amen.

*Ad Completorium & per Horas cantantur Hymni super tono
solemni Exsultet cœlum laudi bus, & sic per totam octavam
præterquam in Festis proprium tonum habentibus.*

AD MATUTINUM, *Hymnus Æterna Christi múnera, de Communi Apostolorum.*

- 49 -

AD LAUDES

IV.

J

AM bo-ne Pastor, Petre, clemens áccipe

Vo-ta pre-cántum, & peccá-ti víncu-la Resólve
tibi po-tes-tá-te trá-di-ta, Qua cunctis cœlum

verbo claudis, á-pe-ris.

D

OCTOR egré- gi- e, Paule, mores ínstru-e,

Et mente po-lum nos transférre sát-age ; Donec

per-féctum largi- átur plé-ni-us, Evacu-á-to quod

ex parte gé- rimus.

SIT Tri-ni- tá-ti sempi- térna gló-ri-a, Honor,

po-téstas, atque jubi- lá-ti-o, In uni- tát-e, cui

manet impé- ri- um, Ex tunc, & modo, per æ-tér-

na sæ-cula. Amen.

Secundum usum novum.

BEATE Pastor Petre, clemens accipe
Voces precantium, criminumque vincula
Verbo resolute, cui potestas tradita,
Aperiens terris caelum, apertum claudere.

EGREGIE Doctor Paule, mores instrue,
Et nostra tecum pectora in caelum trahe;
Velata dum meridiem cernat Fides,
Et solis instar sola regnet Charitas.

Sit Trinitati sempiterna gloria,
Honor, potestas, atque jubilatio,
In unitate quae gubernat omnia,
Per universa eternitatis saecula. Amen.



DIE XXX. JUNII

IN COMMEMORATIONE S. PAULI APOSTOLI

AD MATUTINUM (& AD VESPERAS, ubi fit Officium S. Pauli
in Ecclesia propria) Hymnus Doctor egregie ut supra ad
Laudes SS. Apostolorum Petri & Pauli.

AD LAUDES, *Hymnus Exsultet de Communi Apostolorum.*



DOMINICA I. JULII

IN FESTO

PRETIOSISSIMI SANGUINIS D. N. J. C.

*Hymnus sequens cantatur in tono Hymni Sacris solenniis,
ut in Festo Corporis Christi, p. 60.*

FESTIVIS resonent compita vocibus,
Cives laetiam frondibus explicit:
Tædis flammiferis ordine prodeant
Instruti pueri & senes.

Quem dura móriens Christus in árbore
Fudit multiplico vúlnere Sanguinem,
Nos, facti mémores, dum cólimus, decet
Saltem fúndere lácrymas.

Humáno géneri pernícies gravis
Adámi véteris crímine cóntigit :
Adámi intégritas & pietas novi
Vitam réddidit ómnibus.

Clamórem válidum summus ab æthere
Languéntis Géniti si Pater áudiit,
Plácári pótius Sanguine débuit,
Et nobis véniam dare.

Hoc quicúmque stolam Sanguine próluit,
Abstérgit máculas ; & róseum decus,
Quo fiat símilis prótinus Angelis,
Et Regi pláceat, capit.

A recto instabilis trámite póstmodum
Se nullus rétrahat ; meta sed última
Tangátur : tribuet nobile præmium,
Qui cursum Deus áduvat.

Nobis propitius sis, Génitor potens ;
Ut quos unígenæ Sanguine Fílii
Emísti, & plácido Flámine récreas,
Cæli ad cùlmina tránsferas. Amen.

Hymni Completorii & Horarum cantantur in tono Verbum supérnum ut in Festo Corporis Christi, p. 61.

AD MATUTINUM

Hymnus sequens cantatur in tono Hymni Pange lingua gloriósi, ut in Festo Corporis Christi, p. 59.

IRA justa Condítoris	Tam salúbri terra felix
Imbre aquárum víndice	Irrigáta plúvia,
Criminósum mersit orbem,	Ante spinis quæ scatébat,
Noe in arca sóspite :	Germinávit flósculos :
Mira tandem vis amóris	Inque néctaris sapórem
Lavit orbem Sanguine.	Transiére absynthia.

Triste prótinus venénum
Dirus anguis pósuit,
Et cruenta belluárum
Désiit ferócia :
Mitis Agni vulneráti
Hæc fuit victória.

O sciéntiæ supérnæ
Altitúdo impérvia!
O suávitæ benigni
Prædicanda péctoris!
Servus erat morte dignus,
Rex luit pœnam óptimus.

Quando culpis provocámus
Ultiónem Júdicis,
Tunc loquéntis protegámur
Sanguinis præsentia :
Ingruéntium malórum
Tunc recédant ágmina.

Te redémptus laudet orbis
Grata servans múnera,
O salútis sempiternæ
Dux & auctor ínclyte,
Qui tenes beáta regna
Cum Parénte, & Spíritu.
Amen.

AD LAUDES

*Hymnus sequens cantatur in tono Hymni Verbum supérnum,
in Festo Corporis Christi, p. 61.*

SALVETE, Christi vúlnera,
Imménsi amóris pígnora,
Quibus perénnes rívuli
Manant rubéntis Sanguinis.

Nítore stellas víncitis,
Rosas odóre & bálsama,
Prétio lapíllos Indicos,
Mellis favos dulcédine.

Per vos patet gratíssimum
Nostris asylum méntibus :
Non huc furor minántium
Umquam penétrat hóstium.

Quot Jesus in prætório
Flagella nudus éxcepit!
Quot scissa pellis úndique
Stillat cruoris gúttulas!

Frontem venústam, proh
dolor!

Coróna pungit spínea :

Clavi retusa cùspide
Pedes manúsque péforant.
Postquam sed ille trádidit
Amans volénsque spíritum,
Pectus ferítur láncea,
Geminúsque liquor éxsilit.

Ut plena sit redémptio,
Sub torculári stríngitur,
Suíque Jesus immemor,
Sibi nil réservat Sanguinis.

Veníte, quotquot críminum
Funésta labes ínficit :
In hoc salútis bálneo
Qui se lavat, mundábitur.

Summi ad Paréntis déxteram
Sedénti habéndæ est grátia,
Qui nos redémit Sanguine,
Sanctóque firmat Spíritu.

Amen.

DIE V. JULII

SS. CYRILLI ET METHODII, EPISCOP.

AD VESPERAS ET MATUTINUM

Hymnus sequens cantatur in tono 2º Hymni Iste confessor.

SEDIBUS cœli nítidis recéptos
Dícite athlétas géminos, Fidéles;
Slávicæ duplex cólumen, decúsque
Dícite gentis.

Hos amor fratres sociávit unus,
Unáque abdúxit pietas erémo,
Ferre quo multis célerent beátæ
Pígnora vitæ.

Luce, quæ templis súperis renídet,
Búlgaros complent, Móravos, Bohémhos;
Mox feras turmas numerósa Petro
Agmina ducunt.

Débitam cincti méritis corónam
Pérgite o flecti lácrys precántum;
Prisca vos Slavis opus est datóres
Dona tuéri.

Quæque vos clamat generósa tellus
Servet ætérnæ fidei nitórem;
Quæ dedit princeps, dabit ipsa semper
Roma salútem.

Gentis humánae Sator & Redémptor,
Qui bonus nobis bona cuncta præbes,
Sint tibi grates, tibi sit per omne
Glória sæclum. Amen.

AD LAUDES

*Hymnus sequens cantatur in tono solemni Exsúltet, ratione
Octavæ SS. Apostolorum.*

Lux o decóra pátriæ,
Slavísque amíca géntibus,
Salvête, Fratres; ánnuo
Vos efferémus cántico;
Quos Roma plaudens ex-
cipit,

Compléxa mater filios,
Auget coróna Præsulum,
Novóque firmat róbore.

Terras ad usque bárbaras
Inférre Christum pérgitis;
Quot vanus error lúserat,
Almo replétis lúmine.

Noxis solúta péctora
Ardor supérnus ábript;

Mutátur horror véprium
In sanctitatis flósculos.
Et nunc seréna Cœlitum
Locáti in aula, supplici
Adéste voto; Slávicas
Serváte gentes Númini.

Erróre mersos únicum
Ovile Christi cóngreget;
Factis avitis æmula
Fides viréscat púlchrior.

Tu nos, beáta Trinitas,
Cœlesti amóre concita,
Patrúmque natos inlyta
Da pérsequi vestigia.

Amen.



DIE VII. JULII

S. ELISABETH, REGINÆ PORTUGALIÆ

- 50 -

AD VESPERAS ET MATUTINUM

I.

OMARE cordis impe-tus E-lí-sabeth Fortis,

inópsque De-o Serví-re, regno prætu-lit.

En fúlgidis recépta cœli sé-dibus,

Et premit astra, docens

Quæ vera sint regni bona.

Sidereæque domus
Ditáta sanctis gáudiis.

Patri potéstas, Filióque glória,

Perpetuúmque decus

Nunc regnat inter cœlites
béatior,

Tibi sit, alme Spíritus.

Amen.

- 51 -

AD LAUDES

I.

PES decúsque régi- um re-líqueras, E-lí-
sa-beth, De-i di-cáta numini : Récépta nunc be-
á-ris inter Ange-los; Libens ab hósti- um tu-é-
re nos do-lis.

Præi, viámque dux salútis índica :
Sequémur. O sit una mens fidélium,
Odor bonus sit omnis áctio ; tuis
Id innuit rosis opérta cháritas.

Beáta Cháritas in arce síderum
Potens locáre nos per omne sæculum :
Patríque, Filióque summa glória,
Tibique laus perénnis, alme Spíritus. Amen.

DIE XXII. JULII

IN FESTO S. MARIÆ MAGDALENÆ

*Hymni sequentes cantantur in tono Hymni Jesu coróna
Virginum, de Communi Virginum.*

AD VESPERAS

PATER supérni lúminis,	Flammas amórís excitas,
Cum Magdalénam réspicis,	Gelúque solvis péctoris,

Amóre currit sáucia
Pedes beátos úngere,
Laváre fletu, térgere
Comis, & ore lámbere.

Adstáre non timet Cruci,
Sepúlchro inhæret ánxia,
Truces nec horret milites :
Pellit timórem Cháritas.

O vera, Christe, Cháritas,
Tu nostra purga crímina,
Tu corda reple grátia,
Tu redde coeli præmia.

Deo Patri sit glória,
Ejúsque soli Filio,
Cum Spíritu Paráclito,
Et nunc, & in perpétuum.

Amen.

Doxologia secundum usum novum.

Patri simúlque Filio,
Tibique Sancte Spíritus,
Sicut fuit sit júgiter
Sæclum per omne glória.

Amen.

AD MATUTINUM

NARDO María pístico
Unxit beátos Dómini
Pedes, rigándo lácymis,
Et detergéndo críibus.

Honor, decus, impérium
Sit Trinitati únicæ,
Patri, Nato, Paráclito,
Per infinita sæcula. Amen.

Secundum usum novum.

MARIA castis ósculis
Lambit Dei vestígia :
Fletu rigat, tergit comis,
Detérsa nardo pérlinit.

Deo Patri sit glória,
Ejúsque soli Filio,
Cum Spíritu Paráclito,
Nunc, & per omne sæculum.

Amen.

AD LAUDES

ÆTERNI Patris Unice,
Nos pio vultu résponce,
Qui Magdalénam hódie
Vocas ad thronum gloriæ.

In thesáuro repósita
Regis est drachma pérdita;
Gemmáque luce ínlyta
De luto luci réddita.

Jesu dulce refúgium,
Spes una poenitentium,

Per peccatrícis méritum
Peccáti solve débitum.

Pia mater & húmilis,
Natúræ memor frágilis,
In hujus vitæ flúctibus
Nos rege tuis précibus.

Uni Deo sit glória
Pro multifórmī grátia,
Qui culpas & supplicia
Remittit, & dat præmia.

Amen.

Secundum usum novum.

SUMMI Paréntis Unice,
Vultu pio nos réspice,
Vocans ad arcem glóriæ
Cor Magdalénæ pœnitens.

Amissa drachma régio
Recóndita est ærario;
Et gemma, detérso luto,
Nitore vincit sidera.


Jesu, medéla vúlnerum,
Spes una pœnitentium,

Per Magdalénæ lácrymas
Peccáta nostra dílluas.
Dei Parens piíssima,
Evæ nepótes flébiles
De mille vitæ flúctibus
Salútis in portum vehas.
Uni Deo sit glória,
Pro multifórmi grátia,
Peccántium qui crímina
Remittit, & dat præmia.
Amen.




DIE I. AUGUSTI
IN FESTO S. PETRI AD VINCULA

- 37 -

AD VESPERAS

IV. 

P ETRUS be- á-tus catenárum láque-os, Chri-
sto jubénte, rupit mi-rabí- li-ter : Custos oví-lis,
& doctor Ecclé-si-æ, Pastórque gre-gis, conservá-
tor ó- vi- um, Árcet lupó-rum truculéntam rá-bi- ém.

GLORI-A Patri per imménsa sæcu-la, Sit tibi,
Na-te, de-cus & impé-ri-um, Honor, potéstas,
Sanctóque Spi-rí-tu-i: Sit Trini-tá- ti sa-lus indi-
ví-du-a, Per infiní- ta sæculórum sæ-cula. Amen.

Secundum usum novum.

MIRIS modis repénte liber, férrea,
Christo jubénte, vincla Petrus éxuit :
Ovílis ille Pastor, & Rector gregis,
Vitæ reclúdit páscua, & fontes sacros,
Ovésque servat créditas, arcet lupos.

Patri perénne sit per ævum glória,
Tibique laudes concinámus ínlytas,
Æterne Nata; sit supérne Spiritus
Honor tibi, decúsque, sancta júgiter
Laudétur omne Trinitas per sæculum. Amen.

AD MATUTINUM, *Hymnus Quodcúmque vinclis vel Quodcúmque in orbe*, p. 65.

AD LAUDES, *Hymnus Jam bone Pastor vel Beátæ Pastor, p. 88, omissa secunda strophe.*



DIE VI. AUGUSTI

IN TRANSFIGURATIONE D. N. J. C.

- 28 - AD VESPERAS ET MATUTINUM

Hymni Horarum & Completorii in sequenti tono cantantur.

IV.

UICUMQUE Christum quæ-ri-tis, Oculos in
altum tólli-te: Illic li-cébit vi-sére Signum per-

énnis gló- ri- æ.

Illústre quiddam cérnimus,
Quod nésciat finem pati,
Sublime, celsum, intérmínnum,
Antíquius cœlo & chao.

Hic ille Rex est Géntium,
Populique Rex Judáici,
Promissus Abrahæ patri,
Ejúsque in ævum sémini.

Hunc & Prophétis téstibus,
Iisdémque signatóribus,
Testátor & Pater jubet

Audíre nos & crídere.
Glória tibi, Dómine,
Qui apparuísti hódie,
Cum Patre, & Sancto Spíritu,
In sempitérna sæcula. Amen.
Doxologia secundum usum novum.
Jesu, tibi sit glória,
Qui te revélas párvulis,
Cum Patre, & almo Spíritu,
In sempitérna sæcula. Amen.

Sic terminantur Hymni per omnes Horas.

- 29 -

AD LAUDES

VIII.

A

Mor Je-su dul-císsime, Quando cor no-
 strum ví-si-tas, Pellis mentis ca-lí- gi-nem, Et nos
 reples dulcédine.

Quam felix est quem sátiás!
 Consors patérnæ déxteræ,
 Tu veræ lumen pátriæ,
 Quod omnem sensum súperat.
 Splendor patérnæ glóriæ,
 Incomprehénsa bónitas,

Amórís tui cópiam
 Da nobis per præsentiam.
 Glória tibi, Dómine,
 Qui apparuísti hódie,
 Cum Patre, & Sancto Spíritu,
 In sempitérna sæcula. Amen.

Secundum usum novum.

Lux alma Jesu méntium,
 Dum corda nostra récreas,
 Culpæ fugas caliginem,
 Et nos reples dulcédine.

Quam lætus est quem ví-
 sitas!
 Consors patérnæ déxteræ,
 Tu dulce lumen pátriæ,
 Carnis negátum sénsibus.

Splendor patérnæ glóriæ,
 Incomprehénsa Cháritas,
 Nobis amórís cópiam
 Largire per præsentiam.
 Jesu, tibi sit glória,
 Qui te revélas párvulis,
 Cum Patre, & almo Spíritu,
 In sempitérna sæcula.
 Amen.



DIE X. AUGUSTI

IN FESTO S. LAURENTII, MARTYRIS

*Hymni sumuntur de Communi. Ad Horas & Completorium,
 Hymni cantantur in tono Deus, tuórum mítitum, & sic per*


*Octavam, etiam in Festis tonum proprium non habentibus,
usque ad Assumptionem B. M. V.*

DIE XIV. SEPTEMBRIS**IN FESTO EXALTATIONIS S. CRUCIS**


*AD VESPERAS, MATUTINUM & LAUDES, Hymni ut in Dominica
Passionis, p. 40. In Hymno Vexilla Regis, non mutatur Doxo-
logia neque cantus. Hymni Horarum cantantur in tono Octavæ
Nativitatis B. M. V.*

DOMINICA III. SEPTEMBRIS**IN FESTO SEPTEM DOLORUM B. M. V.**


- 52 -

AD VESPERAS


quor un-dis lacrymárum, Quo do-ló-re



vólvi-tur, Luçtu-ó-sa de cru-én-to Dum revúlsum



stí-pi-te, Cernit ulnis incubántem, Virgo mater



Fí-li- um !

Os suáve, mite pectus,
Et latus dulcissimum,
Dexterámque vulnerátam,

Et sinístram sáuciam,
Et rubras cruoře plantas
Ægra tingit lácrys.

Centiésque, milliésque
 Stringit arctis néxibus
 Pectus illud, & lacertos,
 Illa sugit vúlnera :
 Sicque tota colliquéscit
 In doloris ósculis.
 Eia, Mater, obsecrámus
 Per tuas has lácrys, mas
 Filiique triste funus,

Vulnerúmque púrpuram,
 Hunc tui cordis dolórem
 Conde nostris córdibus.
 Esto Patri, Filióque,
 Et coævo Flámini :
 Esto summæ Trinitati
 Sempitérna glória,
 Et perénnis laus, honórque
 Hoc, & omni sæculo. Amen.

Ad Completorium & per Horas, in fine Hymnorum dicitur :
 Glória tibi, Dómine, (*vel* Jesu tibi sit glória), Qui passus es
 pro sérvulis. *Ipsi vero Hymni tum ad Laudes, tum ad Horas*
cantantur in tono Quem terra, pontus, æthera, vel ad libitum
in tono infra posito ad Laudes.

- 53 -

AD MATUTINUM

VII.

J Am toto súbi-tus vesper e- at po-lo, Et sol

attóni-tum præcípi- tet di- em, Dum sævæ réco-

lo ludíbri- um necis Divi- námque catástrophen.

Spectátrix áderas supplicio Paren,

Malis uda, gerens cor adamántinum :

Natus funérea péndulus in Cruce

Altos dum gémitus dabat.

Pendens ante óculos Natus, atrócibus

Sectus verbéribus; Natus hiántibus

Fossus vulnéribus, quot penetrántibus

Te confixit aculeis!

Heu! sputa, álapæ, vérbera, vúlnera,
Clavi, fel, áloe, spóngia, láncea,
Sitis, spina, cruor, quam vária pium

Cor pressére tyránnide!

Cunctis intérea stat generósior
Virgo Martyribus : prodígio novo,
In tantis móriens non móreris, Parens,

Diris fixa dolóribus.

Sit summæ Triadi glória, laus, honor :
A qua suppliciter solícita prece,
Posco Virgínei róboris æmulas
Vires rebus in áasperis. Amen.

- 54 -

AD LAUDES

(Cantus ad libitum)

I.

UMMÆ De- us cleménti- æ, Septem do-lores

Vírgi-nis, Plagásque Jesu Fí-li- i Fac ri-te nos

revólvere.

Nobis salútem cóferant
Deíparæ tot lácrymæ,
Quibus laváre súfficis
Totius orbis crímina.

Sit quinque Jesu vúlnerum
Amára contemplálio,
Sint & dolóres Vírginis
Ætérna cunctis gáudia.
Glória tibi, Dómine,

Qui passus es pro sérvulis,
Cum Patre, & Sancto Spíritu,
In sempitérna sæcula. Amen.

Doxología secundum usum novum.

Jesu tibi sit glória,
Qui passus es pro sérvulis,
Cum Patre, & almo Spíritu
In sempitérna sæcula. Amen.


 DIE XXIX. SEPTEMBRIS
 IN DEDICATIONE S. MICHAELIS ARCHANG.

Hymni ut in Festo Apparitionis ejusdem, p. 75.

 DIE II. OCTOBRIS

IN FESTO SS. ANGELORUM CUSTODUM

-55- AD VESPERAS ET MATUTINUM

III. 
 C USTODES hóminum psállimus Ange-los, Na-
 tú-ræ frági-li quos Pater áddidit Cœ-léstis cō-
 mi-tes, insidi- ántibus Ne succúmberet hós-tibus.

Nam quod corrúerit próditor ángelus,
 Concéssis mérito pulsus honóribus,
 Ardens invídia, péllere nítitur
 Quos cœlo Deus ádvocat.

Huc custos ígitur pérvigil ádvola,
 Avértens pátria de tibi crédata
 Tam morbos ánimi, quam requiéscere
 Quidquid non sinit íncolas.

Sanctæ sit Triadi laus pia júgiter,
 Cujus perpétuó númine máchina
 Triplex hæc régitur, cujus in ómnia
 Regnat glória sæcula. Amen.

- 44 -

AD LAUDES

V.

RBIS patrā-tor óptime Qui, quidquid est,
 po-ténti-a Magna cre-ásti, nec regis Minóre
 pro-vi- dénti-a.

Adéstō supplicántium
 Tibi reórūm cōtui :
 Lucísque sub crepúsculum
 Lucem novam da méntibus.
 Tuúsque nobis Angelus
 Signátus ad custódiam,
 Hic adsit, a contágio
 Qui críminum nos prótegat.
 Serpéntis nobis æmuli
 Calúmnias extérminet;

Ne rete frauduléntiæ
 Incáuta nectat péctora.
 Metum propéllat hóstium
 Nostris procul de finib⁹ :
 Pacem procúret cívium,
 Fugétque pestiléntiam.
 Deo Patri sit glória,
 Qui, quos redémit Fílius,
 Et Sanctus unxit Spíritus,
 Per Angelos custódiat. Amen.

Secundum usum novum.

ÆTERNE Rector siderum,
 Qui, quidquid est, poténtia
 Magna creásti, nec regis
 Minóre providéntia :
 Adéstō supplicántium
 Tibi reórūm cōtui ;
 Lucísque sub crepúsculum
 Lucem novam da méntibus :

Tuúsque nobis Angelus,
 Eléctus ad custódiam,
 Hic adsit, a contágio
 Ut críminum nos prótegat.
 Nobis dracónis æmuli
 Versútias extérminet ;
 Ne rete frauduléntiæ
 Incáuta nectat péctora.

Metum repéllat hóstium
Nostris procul de finibus :
Pacem procúret cívium
Fugétque pestiléntiam.

Deo Patri sit glória,
Qui, quos redémit Fílius,
Et Sanctus unxit Spíritus,
Per Angelos custódiat. Amen.



DIE XV. OCTOBRIS IN FESTO S. TERESIÆ, VIRGINIS

*Hymni sequentes cantantur in tono Jesu coróna Virginum,
de Communi.*

AD VESPERAS ET LAUDES

REGIS supérfi ci núnctia
Domum patérmam déseris,
Terris, Terésa, bárbaris
Christum datúra, aut sanguí-
nem :
Sed te manet suávior
Mors, pœna poscit dúcior :
Divíni amoris cùspide
In vulnus ícta cóncides.

O charitatis víctima,
Tu corda nostra cóncrema,
Tibique gentes créditas
Avérni ab igne líbera.
Sit laus Patri cum Fílio,
Et Spíritu Paráclito,
Tibique sancta Trinitas,
Nunc, & per omne sǽculum.
Amen.

AD MATUTINUM

HÆC est dies, qua cándidæ
Instar colúmbæ, cœlítum
Ad sacra templa spíritus
Se tránstulit Terésiæ :
Sponsique vóces áudiit :
Veni, soror, de vértice

Carméli ad Agni nuptias ;
Veni ad corónam gloriæ.
Te, Sponse Jesu Virginum,
Beáti adórent Ordines,
Et nuptiáli cántico
Laudent per omne sǽculum.
Amen.



DIE XX. OCTOBRIS S. JOANNIS CANTII, CONFESSORIS

*Hymni sequentes cantantur in tono consueto Hymni Jesu
coróna célsior, de Communi Confessorum ad Laudes.*

AD PRIMAS VESPERAS

GENTIS Polónæ glória,
Clerique splendor nóbilis,
Decus Lycæi, & Pátriæ
Pater, Joánnes ínclyte.
Legem supérrni Núminis
Doces Magister, & facis :
Nil scire prodest : sédulo
Legem nitámur éxsequi.
Apostolórum límina
Pedes viátor vísitas ;
Ad Pátriam, ad quam téndi-
mus,
Gressus viámque dirige.

Urbem petis Jerúsalem ;
Signáta sacro Sánguine
Christi colis vestigia,
Rigásque fusis flétibus.
Acérba Christi vúlnera,
Hæréte nostris córdibus,
Ut cogitémus cónsequi
Redemptiónis prétium.
Te prona Mundi máchina
Clemens adóret Trínitas,
Et nos novi per grátiam
Novum canámus cánticum.
Amen.

*Hymnus præcedens, si non sit dicendus ad I Vesperas, con-
jungitur sub una conclusione cum sequenti ad Matutinum.*

AD MATUTINUM

CORPUS domas jejúniis,
Cædis cruénto vérbere,
Ut castra pœniténtium
Miles sequáris innocens.
Sequámur & nos sédulo
Gressus Paréntis óptimi,
Sequámur, ut licéntiam
Carnis refrænet spíritus.
Rigénte bruma próvidum
Præbes amiictum páuperi,

Sitim famémque egéntium
Esca, potúque súblevas.
O qui negásti némini
Opem rogánti, pátrium
Regnum tuére, póstulant
Cives Polóni, & éxteri.
Sit laus Patri, sit Filio,
Tibique, Sancte Spíritus :
Preces Joánnis ímpetrent
Beáta nobis gáudia. Amen.

AD LAUDES, *Hymnus Gentis Polónæ glória, ut in I. Vesperis.*
*Quod si festum non habeat II. Vesperas, Hymnus Te deprecánte
dicendus est in Laudibus, loco Gentis Polónæ.*

AD SECUNDAS VESPERAS

TE deprecánte, córporum
Lues recédit, ímprobi
Morbi fugántur, pristinæ
Rédeunt salútis múnera.

Phthisi, febríque, & úlcere
Diram redáctos ad necem,
Sacrátas morti víctimas
Ejus rapis e fáucibus.

Te deprecánte, túmido
Merce abáctæ flúmine,
Tractæ Dei poténtia
Sursum fluunt retrógradæ.
Cum tanta possis, sédibus
Cœli locátus, pósclimus,

Respónde votis supplicum,
Et invocátus súbveni.
O una semper Trinitas!
O Trina semper Unitas!
Da supplicánte Cántio,
Ætéerna nobis præmia. Amen.



DIE I. NOVEMBRIS

IN FESTO OMNIUM SANCTORUM

- 56 - AD VESPERAS ET MATUTINUM

In sequenti tono cantantur omnes Hymni ejusdem metri per totam Octavam.

VIII.

CHRI-STÆ, Redémptor ómni- um, Consérva
tu- os fámu-los, Be- átæ semper Vírgi-nis Placá-
tus sanctis pré-cibus.

Beáta quoque ágmina
Cœlestium Spirítuum,
Præterita, præsentia,
Futúra mala péllite.

Vates æterni Júdicis,
Apostolique Dómini,
Supplíciter expóscimus,
Salvári vestris précibus.

Mártyres Dei íncliti,
Confessorésque lúcidi,
Vestrís oratiónibus
Nos ferte in cœlestibus.
Chori sanctarum Vírginum,
Monachorúmque ómnium,
Simul cum Sanctis ómnibus
Consórtes Christi fácite.

Gentem auférte pérfidam
Credéntium de finib⁹,
Ut Christo laudes débitas
Persolvámus alácriter.

Glória Patri ingénito,
Ejúsque Unigénito,
Una cum Sancto Spíritu,
In sempitérna sæcula. Amen.

Secundum usum novum.

PLACARE, Christe, sérvulis,
Quibus Patris cleméntiam
Tuæ ad tribúnal grátiae
Patróna Virgo póstulat.

Et vos béata, per novem
Distincta gyros, ágmina;
Antiqua cum præsentibus,
Futúra damna pellite.

Apóstoli cum Váribus
Apud sevérum Júdicem,
Veris reórum flétibus,
Expóscite indulgentiam.

Vos purpuráti Mártires,
Vos candidáti præmio

Confessiónis, éxsules
Vocáte nos in pátriam.
Choréa casta Vírginum,
Et quos erémus íncolas

Locáte nos in sédibus.
Auférte gentem pérfidam
Credéntium de finib⁹;

Ovíle nos Pastor regat.
Deo Patri sit glória,
Natóque Patris único,
Sancto simul Paráclito,

AD LAUDES

JESU Salvátor sæculi,
Redémpsis ope súbveni :
Et pia Dei Génitrix,
Salútem posce miseric.

Cœtus omnes Angélici,
Patriarchárum cúnæi,
Et Prophetárum mérita
Nobis precéntur véniam.

Baptista Christi prævius,
Et claviger æthæreus,
Cum cæteris Apóstolis,
Nos solvant nexu críminis.

Chorus sacrátus Mártirum,
Confessio Sacerdótum,
Et virginális cástitas
Nos a peccátis ábluant.

Monachórum suffrágia,
Omnésque cives cœlici
Annuant votis súpplicum,
Et vitæ poscant præmium.

Laus, honor, virtus, glória
Deo Patri, & Fílio,
Sancto simul Paráclito,
In sæculórum sæcula. Amen.

*quæ propriam non babet Doxologiam, tunc Hymni de Festis
bujusmodi retinent tonos suos, tametsi ejusdem sint metri cum
Hymnis Octavæ.*



COMMUNE
APOSTOLORUM & EVANGELISTARUM
EXTRA TEMPUS PASCHALE
AD VESPERAS ET LAUDES

- 57 -

IN DUPPLICIBUS MAJORIBUS ET INFRA

IV.


E Xsultet cœ-lum láudibus, Resúltet ter-
ra gáudi- is : Aposto-ló-rum gló-ri- am Sacra ca-
nunt so- lémni- a.

- 58 -

IN SOLEMNITATIBUS

I.

E Xsultet cœ-lum láudibus, Re-súltet ter-
ra gáudi- is : Aposto-ló-rum gló-ri- am Sa-



cra canunt so-lémni-a.

Vos sæcli justi Júdices,
Et vera mundi lúmina,
Votis precámur córdium,
Audite preces súpplicum.
Qui cœlum verbo cláuditis,
Serásque ejus sólvitis,
Nos a peccátis ómnibus
Sólvice jussu, quæsumus.

Quorum præcépto súbditur
Salus & languor ómnium,

Sanáte ægros móribus,
Nos reddéntes virtútibus :
Ut, cum Judex advénerit
Christus in fine sæculi,
Nos sempitérni gáudii
Fáciat esse cómpotes.
Deo Patri sit glória,
Ejúsque soli Filio,
Cum Spíritu Paráclito,
Et nunc, & in perpéturn.
Amen.

Secundum usum novum.

EXSULTET orbis gáudiis :
Cœlum resúltet láudibus :
Apostolórum glóriam
Tellus & astra concinunt.

Vos sæculórum Júdices,
Et vera mundi lúmina,
Votis precámur córdium,
Audite voces súpplicum.

Qui tempa cœli cláuditis,
Serásque verbo sólvitis,
Nos a reátu nóxios
Solvi jubéte, quæsumus.

Præcépta quorum prótinus
Languor salúsque séntiunt ;
Sanáte mentes lánguidas :
Augéte nos virtútibus :

Ut, cum redíbit Arbiter
In fine Christus sæculi,
Nos sempitérni gáudii
Concédat esse cómpotes.

Patri, simúlque Filio,
Tibique, Sancte Spíritus,
Sicut fuit, sit júgiter
Sæclum per omne glória.
Amen.

- 59 -

AD MATUTINUM

III.

AE

- TERRA Christi múnera, Aposto-lórum
 gló-ri- am, Laudes canéntes débi-tas, Lætis caná-
 mus méntibus.

Ecclesiárum Príncipes,
 Belli triumpháles Duces,
 Cœlestis aulæ mílités,
 Et vera mundi lúmina :
 Devóta Sanctórum Fides,
 Invicta Spes credéntium,
 Perfécta Christi Cháritas
 Mundi triúmphat príncipem.
 In his Patérrna glória,

In his volúntas Spíritus,
 Exsúltat in his Fílius,
 Cœlum replétur gáudio.
 Te nunc, Redémptor, quæ-
 sumus,
 Ut ipsórum consórtio
 Jungas precántes sérvulos,
 In sempitérana sæcula.
 Amen.

Secundum usum novum.

ÆTERNA Christi múnera,
 Apostólorum glóriam,
 Palmas & hymnos débitos
 Lætis canámus méntibus.
 Ecclesiárum Príncipes,
 Belli triumpháles Duces,
 Cœlestis aulæ mílités,
 Et vera mundi lúmina.
 Devóta Sanctórum Fides,
 Invicta Spes credéntium,

Perfécta Christi Cháritas
 Mundi tyrannum cónterit.
 In his Patérrna glória,
 In his triúmphat Fíllus,
 In his volúntas Spíritus,
 Cœlum replétur gáudio.
 Patri, simúlque Fílio,
 Tibique, Sancte Spíritus,
 Sicut fuit, sit júgiter
 Sæclum per omne glória.
 Amen.

COMMUNE

APOSTOLORUM ET EVANGELISTARUM
TEMPORE PASCHALI

- 60 - AD VESPERAS ET MATUTINUM

III.

T RISTES e-rant Apó-sto-li De ne-ce su-i

Dómi-ni, Quem morte crude-líssima Servi da-

mná-rant ímpi- i.

Sermóne blando Angelus
Prædixit muliéribus :
In Galilæa Dóminus
Vidéndus est quantócius.
Illæ dum pergunt cóncitæ
Apóstolis hoc dicere,
Vidéntes eum vivere,
Christi tenent vestigia.
Quo ágnito, discípuli
In Galilæam própere
Pergunt vidére fáciem
Desiderátam Dómini.
Quæsumus, Auctorómniū,
In hoc Pascháli gáudio,

Ab omni mortis ímpetu
Tuum defénde pópulum.
Glória tibi, Dómine,
Qui surrexisti a mórtuis,
Cum Patre & Sancto Spíritu,
In sempitérna sæcula.
Amen.

*Ab Ascensione usque ad
Pentecosten servatur tonus
Ascensionis & dicitur :*
Glória tibi, Dómine,
Qui scandis super sídera,
Cum Patre & Sancto Spíritu,
In sempitérna sæcula. Amen.

*Sic terminantur omnes Hymni ejusdem metri, qui non babent
Doxologiam propriam.*

Secundum usum novum.

TRISTES erant Apóstoli
De Christi acérbo fúnere,
Quem morte crudelíssima
Servi necárant ímpii.
Sermóne verax Angelus
Muliéribus prædixerat :
Mox ore Christus gáudium
Gregi feret fidélium.
Ad ánrios Apóstolos
Currunt statim dum núnțiæ,
Illiæ micántis óbvia
Christi tenent vestígia.
Galilææ ad alta móntium
Se cónferunt Apóstoli,
Jesúque, voti cómpotes,

Almo beántur lúmine.
Ut sis perénne méntibus
Paschále Jesu gáudium,
A morte dira críminum
Vitæ renátos libera.
Deo Patri sit glória,
Et Fílio qui a mórtuis
Surréxit, ac Paráclito,
In sempitérna sæcula. Amen.
Ab Ascensione ad Pente-
costen dicitur :
Jesu, tibi sit glória,
Qui víctor in cœlum redis,
Cum Patre, & almo Spíritu,
In sempitérna sæcula. Amen.

AD LAUDES

CLARO Pascháli gáudio,
Sol mundo nitet rádio,
Cum Christum jam Apóstoli
Visu cernunt corpóreo.

Osténsa sibi vúlnera
In Christi carne fúlgida,
Resurrexisse Dóminum
Voce faténtur pública.
Rex Christe clementíssime,
Tu corda nostra pósside,

Ut tibi laudes débitas
Reddámus omni témpore.
Quæsumus, Auтор ómnium,
In hoc Pascháli gáudio,
Ab omni mortis ímpetu
Tuum défende pôpulum.
Glória tibi, Dómine,
Qui surrexisti a mórtuis,
Cum Patre, & Sancto Spíritu,
In sempitérna sæcula. Amen.

Secundum usum novum.

PASCHALE mundo gáudium
Sol núntiat formósior,
Cum luce fulgéntem nova
Jesum vident Apóstoli.
In carne Christi vúlnera
Micáre tamquam sídera

Mirántur, & quidquid vident
Testes fidéles prædicant.
Rex Christe clementíssime,
Tu corda nostra pósside ;
Ut lingua grates débitas
Tuo repéndat nómini.

Ut sis perénne méntibus Deo Patri sit glória,
 Paschále, Jesu, gáudium, Et Fílio, qui a mórtuis
 A morte dira críminum Surréxit, ac Paráclito,
 Vitæ renátos líbera. In sempitérna sæcula. Amen.



COMMUNE UNIUS MARTYRIS

EXTRA TEMPUS PASCHALE

- 61 - AD VESPERAS ET MATUTINUM

Idem cantus servatur ad Laudes.

VIII.

DE-us, tu-órum mí-li-tum Sors, & co-róna,
 præmi- um, Lau-des ca-néntes Márty-ris, Absól-
 ve ne-xu críminis.

Hic nempe mundi gáudia,
 Et blandiménta nóxia,
 Cadúca rite députans
 Pervénit ad cœlestia.

Poenas cucúrrit fórtiter,
 Et sústulit viriliter,
 Pro te effúndens ságuinem
 Ætéerna dona póssidet.

Ob hoc precátu súpplici
 Te pósco, piissime :
 In hoc triúmpho Mártiris
 Dimítte noxam sérvulis.

Laus & perénnis glória
 Deo Patri, & Fílio,
 Sancto simul Paráclito,
 In sempitérna sæcula. Amen.

Secundum usum novum.

DEUS, tuórum mílitum
 Sors, & coróna, præmium,

Laudes canéntes Mártiris
 Absólve nexus criminis.

Hic nempe mundi gáudia,
Et blanda fraudum pábula
Imbúta felle députans,
Pervénit ad cœlestia.

Pœnas cucúrrit fórtiter,
Et sústulit virífilter,
Fundénsque pro te sanguinem,
Ætérna dona pòssidet.

Ob hoc precátu súpplici
Te pòscimus piissime :
In hoc triúmpho Mártyris
Dimítte noxam sérvulis.
Laus & perénnis glória
Patri sit, atque Filio,
Sancto simul Paráclito,
In sempitérna sæcula. Amen.

AD LAUDES

MARTYR Dei, qui únicum
Patris sequéndo Filium,
Viètis triúmphas hóstibus,
Victor fruens cœlestibus :

Tui precátus múnere
Nostrum réatum dílue,
Arcens mali contágium,
Vitæ rémovens tædium.

Solúta sunt jam víncula
Tui sacráti córporis ;
Nos solve vinclis sæculi,
Amóre Fílii Dei.

Deo Patri sit glória,
Ejúsque soli Filio,
Cum Spíritu Paráclito,
Et nunc & in perpétuum.
Amen.

Secundum usum novum.

INVICTE Martyr, únicum
Patris secútus Fílium,
Viètis triúmphas hóstibus,
Victor fruens cœlestibus.

Tui precátus múnere
Nostrum réatum dílue,
Arcens mali contágium,
Vitæ repéllens tædium.

Solúta sunt jam víncula
Tui sacráti córporis :
Nos solve vinclis sæculi,
Dono supérfici Núminis.

Deo Patri sit glória,
Ejúsque soli Filio,
Cum Spíritu Paráclito,
Nunc, & per omne sæculum.
Amen.



COMMUNE MARTYRUM

TEMPORE PASCHALI

PRO UNO MARTYRE

Iudem Hymni ac supra pro Uno Martyre extra Tempus Paschale. Cantantur vero & terminantur ut notatum est ad Hymnum Tristes erant Apóstoli.

PRO PLURIBUS MARTYRIBUS

AD VESPERAS & LAUDES, *Hymnus Rex gloriōse Mártyrum,*
ut infra ad Laudes pro pluribus Martyribus, extra Tempus Paschale, cum cantu & Doxologia paschali.

AD MATUTINUM, *Hymnus Aeterna Christi munera, vel Christo profusum Sanguinem ut ibidem ad Matutinum, cum cantu paschali; Doxologia vero non mutatur.*



COMMUNE

PLURIMORUM MARTYRUM
EXTRA TEMPUS PASCHALE

- 62 -

AD VESPERAS

II.

S

ANCTORUM mé-ri-tis íncly-ta gáudi-a,
 Pangámus sóci-i, gestáque fórti-a : Nam gliscit
 ánimus próme-re cántibus Victó-rum genus
 óptimum.

Hi sunt quos rétinens mundus inhórruit :
 Ipsum nam stérili flore peráridum
 Sprevére pénitus, teque secúti sunt,
 Rex Christe bone cœlitus.

Commune Plurimorum Martyrum

Hi pro te fúrias, atque ferócia
 Calcárunt hóminum, sæváque vérbera :
 Cessit his lácerans fórtiter úngula,

Nec carpsit penetrália.

Cædúntur gládiis more bidéntium :
 Non murmur résonat, non querimónia;
 Sed corde tácito mens bene cónscia
 Consérvat patiéntiam.

Quæ vox, quæ póterit lingua retéxere,
 Quæ tu Martyribus múnera præparas?
 Rubri nam flúdo sanguine láureis
 Ditántur bene fúlgidis.

Te summa Déitas, unáque pósdimus,
 Ut culpas ábluas, nóxia súbtrahas,
 Des pacem fámulis, nos quoque glóriam
 Per cunéta tibi sæcula. Amen.

Secundum usum novum.

SANCTORUM méritis ínclita gáudia
 Pangámus sócii, gestáque fórtia :
 Gliscens fert ánimus prómère cántibus
 Viñtórumb genus óptimum.

Hi sunt, quos fátue mundus abhórruit :
 Hunc fructu vácuum, flóribus áridum
 Contempseré tui nóminis ásseclæ,
 Jesu Rex bone cœlitum.

Hi pro te fúrias atque minas truces
 Calcárunt hóminum, sæváque vérbera :
 His cessit lácerans fórtiter úngula,
 Nec carpsit penetrália.

Cædúntur gládiis more bidéntium :
 Non murmur résonat, non querimónia,
 Sed corde impávido mens bene cónscia
 Consérvat patiéntiam.

Quæ vox, quæ póterit lingua retéxere
 Quæ tu Martyribus múnera præparas?

Rubri nam flúido sanguine fúlgidis
Cingunt témpora láureis.
Te summa o Déitas, unáque pósclimus,
Ut culpas ábigas, nónia súbtrahas,
Des pacem fámulis, ut tibi glóriam
Annórumb in sériem canant. Amen.

AD MATUTINUM

Idem cantus ac pro Apostolis ad Matutinum.

ÆTERNA Christi múnera,	Tortóris insáni manus.
Et Mártyrum viótórias,	Nudáta pendent víscera,
Laudes canéntes débitas,	Sanguis sacrátus fúnditur;
Lætis canámus méntibus.	Sed pérmánent immóbiles
Terróre victo sæculi,	Vitæ perénnis grátia.
Pœnísque spretis córporis,	Te nunc, Redémptor, quæ-
Mortis sacræ compéndio	sumus,
Vitam beatam pôssident.	Ut Mártyrum consório
Tradúntur igni Mártyres,	Jungas precántes sérvulos
Et bestiárum déntibus :	In sempitérna sæcula.
Armáta sævit úngulis	Amen.

Hæc Doxologia nunquam mutatur.

Secundum usum novum.

CHRISTO profúsum sanguí-	Armáta sævit úngulis
nem	Tortóris insáni manus.
Et Mártyrum viótórias,	Nudáta pendent víscera,
Dignámque cælo láuream	Sanguis sacrátus fúnditur :
Lætis sequámur vócibus.	Sed pérmánent immóbiles
Terróre victo sæculi,	Vitæ perénnis grátia.
Pœnísque spretis córporis,	Te nunc, Redémptor, quæ-
Mortis sacræ compéndio,	sumus,
Vitam beatam pôssident.	Ut Mártyrum consório
Tradúntur igni Martyres,	Jungas precántes sérvulos
Et bestiárum déntibus :	In sempitérna sæcula. Amen.

Hæc Doxologia nunquam mutatur.

- 61 -

AD LAUDES.

VIII.

R

Ex glo-ri- óse Mártyrum, Coró-na confi-
ténti-um, Qui respu- éntes térré-a Perdú-cis
ad cœ-lésti- a.

Aurem benígnam prótinus Tu vince nostra crímina,
Appóne nostris vócibus : Donándo indulgéntiam.
Trophæa sacra pángimus, Deo Patri sit glória,
Ignósce quod delíquimus. Ejúsque soli Filio,
Tu vincis in Martyribus, Cum Spíritu Paráclito,
Parcéndo Confessóribus : Et nunc, & in perpétuum.
Amen.

Secundum usum novum.

REX glorióse Mártyrum, Tu vincis inter Mártyres,
Coróna confiténtium, Parcísque Confessóribus :
Qui respuéntes térrae Tu vince nostra crímina,
Perdúcis ad cœlestia : Largítor indulgéntiæ.
Aurem benígnam prótinus Deo Patri sit glória,
Inténde nostris vócibus : Ejúsque soli Filio,
Trophæa sacra pángimus : Cum Spíritu Paráclito,
Ignósce quod delíquimus. Nunc, & per omne sæculum.
Amen.



COMMUNE CONFESSORUM

AD VESPERAS ET MATUTINUM

- 63 -

I. IN FESTIS SIMPLICIBUS ET SEMIDUPLICIBUS

VIII.

I - STE Conféssor Dómi-ni sacrá-tus, Festa
 plebs cu-jus cé-lebrat per orbem, Hódi- e læ-tus
 mé-ru- it secré-ta Scánde-re cœ-li.

Si non est dies obitus, dicatur :

Hac die lætus mériuit suprémos
 Laudis honóres.

- 64 -

II. IN DUPLICIBUS, PRO CONFESSORE PONTIFICE

VIII.

I - STE Conféssor Dómi-ni sacrá-tus, Festa
 plebs cu-jus cé-lebrat per orbem, Hódi- e læ-tus
 mé-ru- it secré-ta Scánde-re cœ-li.

- 65 - III. IN DUPPLICIBUS, PRO CONFESSORE NON PONTIFICE

I.

-STE Conféssor Dómi-ni sacrá-tus, Festa
plebs cujus cé-lebrat per orbem, * Hódi- e læ-tus
mé-ru-it secré-ta Scándere cœ-li.

- 66 -

IV. PRO DOCTORIBUS

VIII.

-STE Conféssor Dómini sacrá-tus, Fe-sta
plebs cu-jus cé-lebrat per orbem Hódi- e læ-tus
mé-ru-it secré-ta Scándere cœ-li.

-67-

V. IN DUPPLICIBUS MAJORIBUS

I.

- STE Conféssor Dómini sacrá-tus, Fe-sta

* In Festo Impressionis Stigmatum S. Francisci, dicatur : Hac die lætus
mériut beáta Vúlnera Christi.

plebs cu-jus cé-lebrat per orbem, Hó-di- e lætus
mé-ru-it sacré-ta Scán-de-re cœ-li.

- 39 -

VI. IN FESTIS SOLEMNIBUS

I.
- STE Conféssor Dómi-ni sacrá-tus, Festa
plebs cu-jus cé-lebrat per orbem, Hó-di- e lætus
mé-ru-it sacré-ta Scán-de-re cœ-li.

Qui pius, prudens, húmilis, pudicus,
Sóbrius, castus fuit, & quiétus,
Vita dum præsens vegetávit ejus
Cóporis artus.

Ad sacrum cujus túmulum frequénter,
Membra languéntum modo sanitáti,
Quólibet morbo fúerint graváta,
Restituúntur.

Unde nunc noster chorus in honórem
Ipsiús, hymnum canit hunc libénter;
Ut piis ejus méritis juvémur
Omne per ævum.

Commune Confessorum

Sit salus illi, decus atque virtus,
 Qui supra cœli résidens cacúmen,
 Tótius mundi máchinam gubérrnat
 Trinus & unus. Amen.

Secundum usum novum.

ISTE Conféssor Dómini, coléntes
 Quem pie laudant pópuli per orbem,
 Hac die lætus mériuit béatas
 Scàndere sedes.

Si non est dies obitus, dicatur :
 Hac die lætus mériuit suprémos
 Laudis honóres.

Qui pius, prudens, húmilis, pudicus,
 Sóbriam duxit sine labe vitam,
 Donec humáno animávit auræ
 Spíritus artus.

Cujus ob præstans méritum, fréquenter
 Ægra quæ passim jacuérē membra,
 Viribus morbi dómitis, saluti
 Restituúntur.

Noster hinc illi Chorus obsequéntem
 Cóncinit laudem, celebrésque palmas;
 Ut piis ejus précibus juvémur
 Omne per ævum.

Sit salus illi, decus, atque virtus,
 Qui super cœli sólio cordiscans
 Tótius mundi sériem gubérrnat
 Trinus & unus. Amen.


AD LAUDES

PRO CONFESSORE PONTIFICE
IN DUPLICIBUS MINORIBUS ET INFRA

- 68 -

I.

J



Esu Redémptor ómni- um, Perpes coró-na

Præ-su-lum, In hac di- e cleménti- us Nostris
favé-to pré-cibus.

- 69 - IN DUPLICIBUS MAJORIBUS ET SUPRA

IV.

J Esu Redémpтор ómni- um, Perpes co-ró-
na Præsu-lum, In hac di- e cleménti- us, Nostris
favé- to pré-cibus.

Tui sacri qua nóminis
Conféssor almus cláruit ;
Hujus celébrat ánnua
Devóta plebs solemnia.
Qui rite mundi gáudia
Hujus cadúca réspuens,
Cum Angelis cœlestibus
Lætus potítur præmiis.

Hujus benígnus ánnue
Nobis sequi vestígia :
Hujus precátu sérvulis
Dimitte noxam críminis.
Sit, Christe Rex piíssime,
Tibi, Patríque glória,
Cum Spiritu Paráclito,
Et nunc & in perpétuum.
Amen.

Secundum usum novum.

JESU Redémpтор ómnium,
Perpes coróna Præsum,
In hac die clementius

Indúlgeas precántibus.
Tui sacri qua nóminis
Conféssor almus cláruit :

Hujus celébrat ánnua
Devóta plebs solémnia.
Qui rite mundi gáudia
Hujus cadúca réspuens,
Æternitatis præmio
Potítur inter Angelos.
Hujus benígnus ánnue

Nobis sequi vestígia,
Hujus precátu sérvulis
Dimítte noxam críminis.
Sit, Christe Rex piíssime,
Tibi, Patríque glória,
Cum Spíritu Paráclito,
Nunc, & per omne sæculum.
Amen.

PRO CONFESSORE NON PONTIFICE

- 70 -

IN DUPLICIBUS MINORIBUS ET INFRA

VIII.

J

Esu, co-róna célsi-or, Et vé-ri-tas sub-
lími-or, Qui confi-ténti sérvu-lo Reddis per-
énne præmi-um.

- 71 -

IN DUPLICIBUS MAJORIBUS ET SUPRA

VIII.

J

Esu, co-róna célsi-or, Et vé-ri-tas
sublími-or, Qui confi-ténti sérvu-lo Reddis
per-énne præmi-um.

Da supplicánti cœtui,
Obténtu hujus óptimi,
Remissiónem críminum,
Rumpéndo nexus vínculi.
Anni recúrso témpore,
Dies illúxit lúmine,
Quo Sanctus hic de corpore *
Polum migrávit præpotens.
Hic vana terræ gáudia,
Et luculénta prædia,
Pollúta sorde députans,
Ovans tenet cœlestia.
Te, Christe Rex piissime,
Hic confiténdo júgiter,

Calcávit hostem fórtiter,
Supérbum ac satéllitem.
Virtúte clarus & fide,
Confessiónis órdine,
Jejúna membra déferens,
Dapes supérnas óbtinet.
Proinde te, piissime,
Precámur omnes súpplices,
Ut hujus almi grátia
Nobis remittas débita.
Glória Patri Dómino,
Glória Unigénito,
Una cum Sancto Spíritu,
In sempitérna sæcula. Amen.

Secundum usum novum.

JESU coróna célsior,
Et véritas sublímior,
Qui confiténti sérvulo
Reddis perénne præmium :
Da supplicánti cœtui,
Hujus rogátu, nóxi
Remissiónem críminis,
Rumpéndo nexus vínculi.
Anni revérsso témpore,
Dies refúlsit lúmine,
Quo Sanctus hic de corpore *
Migrávit inter sidera.
Hic vana terræ gáudia,
Et luculénta prædia
Pollúta sorde députans,
Ovans tenet cœlestia.

Te Christe Rex piissime,
Hic confiténdo júgiter,
Calcávit artes dæmonum,
Sævúmque Avérni príncipem.
Virtúte clarus & fide,
Confessióne sédulus,
Jejúna membra déferens,
Dapes supérnas óbtinet.
Proinde te piissime,
Precámur omnes súpplices,
Nobis ut hujus grátia
Pœnas remittas débitas.
Patri perénnis glória,
Natóque Patris único,
Sanctóque sit Paráclito,
Per omne semper sæculum.
Amen.

* In Festo Impressionis Stigmatum S. Francisci, dicitur : Quo Sanctus hic de Corpore Christi recépit Stigmata.



COMMUNE VIRGINUM

- 70 - AD VESPERAS ET LAUDES

VIII.

J

Esu, co-ró-na Vírgi-num, Quem Ma-ter
 il-la cónci-pit, Quæ so-la Virgo pártu-rit, Hæc
 vo-ta clemens áccipe.

- 70 bis - *Hic cantus variatur a modernis ut sequitur :*

VI.

J

Esu, co-ró-na Vírgi-num, Quem Ma-ter
 illa cónci-pit, Quæ so-la Virgo pártu-rit : Hæc
 vo-ta clemens ácci-pe.

Qui pascis inter lilia,
 Septus choréis Virginum,
 Sponsus decórus glória,
 Sponsísque reddens præmia.

Quocúmque pergis, Vírgines
 Sequúntur, atque láudibus
 Post te canéntes cùrsitant,
 Hymnósque dulces péronant.

Te deprecámur lárgius,
Nostris adáuge sénsibus,
Nescíre prorsus ómnia
Corruptiónis vúlnera.

Laus, honor, virtus, glória
Deo Patri, & Filio,
Sancto simul Paráclito,
In sæculórum sæcula. Amen.

Secundum usum novum.

JESU, coróna Virginum,
Quem Mater illa cóncipit,
Quæ sola Virgo párturit,
Hæc vota clemens áccipe.

Qui pergis inter lília,
Septus choréis Virginum,
Sponsus decórus glória,
Sponsisque reddens præmia.

Quocumque tendis, Vírgenes
Sequuntur, atque láudibus

Post te canéntes cùrsitant,
Hymnósque dulces pésonant.
Te deprecámur súpplices,
Nostris ut áddas sénsibus

Nescíre prorsus ómnia
Corruptiónis vúlnera.

Virtus, honor, laus, glória,
Deo Patri, cum Filio,
Sancto simul Paráclito,
In sæculórum sæcula. Amen.

- 71 -

AD MATUTINUM

IV.

IRGINIS Pro-les, Opi-féxque Matris, Vir-

go quem gessit, pepe-rítque Virgo : Vírginis fe-

stum cánimus trophæ-um, Accipe votum.

Hæc tua Virgo dúplici beáta
Sorte, dum gestit frágilem domáre
Cóporis sexum, dómuit cruéntum
Córpore sæclum.

Unde nec mortem, nec amíca mortis
Sæva pœnárum génera pavéscens,

Commune Virginum

Ságuine fuso mériuit sacrátum
 Scàndere cœlum.
 Hujus obténtu, Deus alme, nostris
 Parce jam culpis, vitia remittens;
 Quo tibi puri resonémus alnum
 Péctoris hymnum.
 Glória Patri, genitæque Proli,
 Et tibi compar utriusque semper
 Spíritus alme, Deus unus, omni
 Témpore sæcli. Amen.

Secundum usum novum.

VIRGINIS Proles, Opifexque Matris,
 Virgo quem gessit, peperitque Virgo;
 Vírginis partos cánimus decóra
 Morte triúmphos.
 Hæc enim palmæ dûplicis beáta
 Sorte, dum gestit frágilem domáre
 Córporis sexum, dómuit cruéntum
 Cæde tyránum.

Unde nec mortem, nec amíca mortis
 Mille pœnárum génera expavéscens,
 Ságuine effuso, mériuit serénum
 Scàndere cœlum.
 Hujus orátu, Deus alme, nobis
 Débitas pœnas scélerum remitte,
 Ut tibi puro resonémus alnum
 Péctore carmen.
 Sit decus Patri, genitæque Proli,
 Et tibi compar utriusque virtus,
 Spiritus semper, Deus unus omni
 Téporis ævo. Amen.

*Si Sancta fuerit Virgo tantum, & non Martyr, dicitur
 Hymnus ut sequitur :*

VIRGINIS Proles, Opifexque Matris,
 Virgo quem gessit, peperitque Virgo;

Virginis festum cānimus bēatæ,
Accipe votum.
Hujus obtentu, Deus alme, nostris
Parce jam culpis, vītia remittens;
Quo tibi puri resonémus alnum
Péctoris hymnum.

Glória Patri, genitæque Proli,
Et tibi compar utriusque semper
Spíritus alme, Deus unus, omni
Tēmpore sæcli. Amen.

Secundum usum novum.

VIRGINIS Proles, Opifexque Matris,
Virgo quem gessit, peperitque Virgo;
Virginis festum cānimus bēatæ,
Accipe votum.

Hujus orátu, Deus alme, nobis
Débitas pœnas scelerum remitte;
Ut tibi puro resonémus alnum
Péctore carmen.

Sit decus Patri, genitæque Proli,
Et tibi compar utriusque virtus,
Spíritus semper, Deus unus omni
Tēporis ævo. Amen.

COMMUNE NON VIRGINUM

- 72 - AD VESPERAS ET LAUDES

II.

F

Ortem vi- rí-li pécto-re Laudémus om-
nes féminam, Quæ sancti- tá-tis gló-ri- a Ubí-

que fulget íncly-ta. Hæc Christi amóre sáuci-a,
 Dum mundi amórem nòxi-um Horréscit, ad cœ-
 lesti- a I-ter per-égit árdú-um.

Carnem domans jejúniis, Dulcique mentem pábulo Oratiónis nùtriens, Cœli potítur gáudiis. Rex Christe, virtus fórtium, Qui magna solus éfficis,	Hujus precátu, quæsumus, Audi benígnus súpplices. Deo Patri sit glória, Ejúsque soli Fílio, Cum Spíritu Paráclito, Et nunc, & in perpétuum. Amen.
---	---

Secundum usum novum.

FORTEM virili péctore Laudémus omnes féminam, Quæ sanctitatis glória Ubique fulget ínclyta. Hæc sancto amóre sáucia, Dum mundi amórem nòxiúm Horréscit, ad cœlestia Iter perégit árduum. Carnem domans jejúniis, Dulcique mentem pábulo	Oratiónis nùtriens, Cœli potítur gáudiis. Rex Christe virtus fórtium, Qui magna solus éfficis, Hujus precátu quæsumus, Audi benígnus súpplices. Deo Patri sit glória, Ejúsque soli Fílio, Cum Spíritu Paráclito, Nunc & per omne sæculum. Amen.
--	---

- 71 -

AD MATUTINUM

IV.

H

UJUS obténtu, De-us alme, nostris Parce

jam culpis, ví-ti-a remíttens; Quo tibi pu-ri re-
sonémus almum Pécto-ris hymnum.

Glória Patri, genitæque Proli,
Et tibi compar utriúsque semper
Spíritus alme, Deus unus, omni
Témpore sæcli. Amen.

Secundum usum novum.

Hujus orátu, Deus alme, nobis,
Débitas poenas scélerum remítte;
Ut tibi puro resonémus almum
Péctore carmen.
Sit decus Patri, genitæque Proli,
Et tibi compar utriúsque virtus,
Spíritus semper, Deus unus, omni
Témporis ævo Amen.





IN DEDICATIONE ECCLESIAE

- 73 - AD VESPERAS ET MATUTINUM

IV.

U RBS Je-rú-sa-lem be-á-ta, Dicta pacis ví-
si-o, Quæ constrú-i-tur in cœ-lis Vi-vis ex lapí-
dibus, Et Angelis coroná-ta, Ut sponsáta cómi-te.

Nova véniens e cœlo,

Tunsiónibus, pressúris

Nuptiáli thálamo

Expolítí lápides;

Præparáta, ut sponsáta

Suis coaptántur locis

Copulétur Dómino :

Per manus artíficis,

Platéæ & muri ejus

Disponúntur permansúri

Ex auro puríssimo.

Sacrís ædificiis.

Portæ nitent margarítis

Glória & honor Deo

Adytis paténtibus;

Usquequáque altíssimo,

Et virtúte meritórum

Una Patri, Filióque,

Illuc introducitur

Inclyto Paráclito,

Omnis, qui ob Christi nomen

Cui laus est & potéstas

Hic in mundo prémitur.

Per ætérrna sæcula. Amen.

- 73 bis -

Secundum usum novum.

III.

C ELESTIS urbs Jerú-salem, Be-á-ta pa-cis

vísio, Quæ celsa de vivéntibus Saxis ad astra
tolle-ris, Sponsæque ri-tu cín-geris Mille Ange-

lórum míliabus.

O sorte nupta próspera,
Dotáta Patris glória,
Respérsa Sponsi grátia,
Regína formosíssima,
Christo jugáta Príncipi,
Cœli corúscæ Cívitas.

Hic margarítis émicanter,
Paténtque cunctis óstia :
Virtute namque prævia
Mortális illuc dúcitur,
Amóre Christi pérctus
Torménta quisquis sústinet.

Scalpri salúbris létibus,
Et tunsióne plúrima,
Fabri polita málleo
Hanc saxa molem cónstruunt,
Aptísque juncta néxibus
Locántur in fastigio.

Decus Parénti débitum,
Sit usquequaque Altíssimo,
Natóque Patris único,
Et ínclito Paráclito,
Cui laus, potéstas, glória
Ætérna sit per sæcula. Amen.

Idem cantus servatur ad Laudes pro Hymno novo.

- 73 -

AD LAUDES

IV. A NGULARIS fundaméntum Lapis Christus
missus est, Qui pa-rí-e-tum compá-ge In utrō-

que nécti-tur, Quem Si- on sancta suscé-pit, In
quo credens pémanet.

Omnis illa Deo sacra
Et dilécta cívitas,
Plena módulis, in laude,
Et canóre júbilo,
Trinum Deum unicúmque
Cum fervóre prædicat.
Hoc in templo, summe Deus,
Exorátus ádveni;
Et cleméti bonitaté
Precum vota súscipe;
Largam benedictiōnem
Hic infúnde júgiter.

Hic promereántur omnes
Petita acquirere,
Et adépta possidére :
Cum Sanctis perénniter
Paradísum introíre,
Transláti in réquiem.
Glória & honor Deo
Usquequáque altíssimo,
Una Patri, Filióque,
Inclito Paráclito,
Cui laus est & potéstas
Per ætéerna sæcula. Amen.

Secundum usum novum.

ALTO ex Olympi vértice
Summi Paréntis Fílius
Ceu monte deséctus lapis
Terras in imas décidens,
Domus supérnæ, & ínfimæ,
Utrúmque junxit ángulum.
Sed illa sedes Cœlitum
Semper resúltat láudibus,
Deúmque Trinum & Unicum
Jugi canóre prædicat :
Illi canéntes júngimur
Almæ Siónis æmuli.
Hæc templa, Rex Cœlestium,
Imple benigno lúmine :
Huc o rogátus ádveni;

Plebisque vota súscipe,
Et nostra corda júgiter
Perfunde cœli grátia.
Hic ímpetrent Fidélium
Voces, precésque súpplicum
Domus beátæ múnera,
Partisque donis gáudeant :
Donec soluti corpore
Sedes beáticas ímpleant.
Decus Parénti débitum
Sit usquequáque Altíssimo,
Natóque Patris único,
Et inclito Paráclito,
Cui laus, potéstas, glória
Ætéerna sit per sæcula. Amen.



IN FESTIS BEATÆ MARIÆ VIRGINIS

PER ANNUM

- 74 -

AD VESPERAS

I.

A-VE ma-ri-s stella, De-i ma-ter alma,
 Atque semper virgo, Fe-lix cœ-li por-ta.

Sumens illud Ave,
 Gabriélis ore,
 Funda nos in pace,
 Mutans Hevæ nomen.

Solve vincla reis,
 Profer lumen cæcis,
 Mala nostra pelle,
 Bona cuncta posce.

Monstra te esse matrem,
 Sumat per te preces,
 Qui pro nobis natus,
 Tulit esse tuus.

Virgo singuláris,
 Inter omnes mitis,
 Nos culpis solútos,
 Mites fac & castos.

Vitam præsta puram,
 Iter para tutum,
 Ut vidéntes Jesum,
 Semper collætémur.

Sit laus Deo Patri,
 Summo Christo decus,
 Spirítui Sancto,
 Tribus honor unus. Amen.

- 75 -

Cantus ad libitum pro Officio simplici.

I.

A-VE ma-ri-s stella, De-i Ma-ter alma,
 Atque semper Virgo, Fe-lix cœ-li porta.

*Hymni Horarum & Completorii cantantur in tono Hymni
Quem terra, pontus, æthera, ut infra ad Matutinum. In fine
eorum dicitur : Glória tibi Dómine, Qui natus es de Vírgine,
vel Jesu, tibi sit glória, &c.*

- 35 -

AD MATUTINUM

Idem cantus servatur ad Laudes & per omnes Horas.

II.

Claustrum Ma-rí- æ bá- ju-lat.

Cui luna, sol, & ómnia
Desérviunt per témpora,
Perfusa cœli grátia,
Gestant Puéllæ víscera.

Beáta Mater múnere,
Cujus, supérnus Artifex
Mundum pugillo cóntinens,
Ventrís sub arca clausus est.

Beáta cœli núntio,
Fœcúnda Sancto Spíritu,
Desiderátus Géntibus
Cujus per alvum fusus est.
Glória tibi, Dómine,
Qui natus es de Vírgine,
Cum Patre, & Sancto Spiritu,
In sempitérna sæcula. Amen.

Secundum usum novum.

QUEM terra, pontus, sídera
Colunt, adórant, prædicant,
Trinam regéntem máchinam
Claustrum Mariæ bájulat.

Cui luna, sol, & ómnia
Desérviunt per témpora,

Perfusa cœli grátia,
Gestant puéllæ víscera.
Beáta Mater, múnere
Cujus supérnus Artifex
Mundum pugillo cóntinens,
Ventrís sub arca clausus est.

Beáta cœli núntio,
Fecúnda Sancto Spíritu,
Desiderátus géntibus
Cujus per alvum fusus est.

Jesu, tibi sit glória,
Qui natus es de Vírgine,
Cum Patre, & almo Spíritu
In sempitérna sæcula. Amen.

AD LAUDES

O GLORIOSA Dómina,
Excélsa super sídera,
Qui te creávit próvide,
Lactásti sacro úbere.
Quod Heva tristis ábstulit,
Tu reddis almo gérmine :
Intrent ut astra flébiles,
Cœli fenéstra facta es.

Tu Regis alti jánuia,
Et porta lucis fúlgida :
Vitam datam per Vírginem,
Gentes redémptæ, pláudite.
Glória tibi, Dómine,
Qui natus es de Vírgine,
Cum Patre, & Sancto Spíritu,
In sempitérna sæcula. Amen.

Secundum usum novum.

O GLORIOSA vírginum
Sublímis inter sídera,
Qui te creávit, párvulum
Lacténte nutris úbere.
Quod Heva tristis ábstulit,
Tu reddis almo gérmine :
Intrent ut astra flébiles,
Cœli reclúdis cárddines.

Tu Regis alti jánuia,
Et aula lucis fúlgida :
Vitam datam per Vírginem
Gentes redémptæ pláudite.
Jesu, tibi sit glória,
Qui natus es de Vírgine,
Cum Patre, & almo Spíritu
In sempitérna sæcula. Amen.

[¶] In Officio B. Mariæ in Sabbato, idem Hymni ac in Festis ejusdem. Hymnus vero Ave, maris stella, cantari potest in tono simplici supra notato.



cóndi-ta própri-o Servas membra ce- lébri-a.
 MIRIS I-tá-li- a fúlserat áctibus : Gallos irrádi- at
 córpore mórtu-us, Signis ad túmu-lum crébri-us
 é-mi-cat, Illústrans pátri- am novam.

Hinc vatum véterum facta resúscitat,
 Morti quod libuit mórtuus ímperat,
 Extínctum própriis óssibus éxcitat :

O quam mira poténtia !

Navis per flúvium nat sine rémige,
 Mirando gláciem dissecat ímpetu :
 Sancti membra ferens óbvia flúmini,
 Undas retro revérberat.

Edúctum flúvio sensit ut árida,
 Non curans gélidi frígora témporis,
 Vestit cuncta novis illico flóribus,
 Mutata facie soli.

Jam cœlo résidens, o Pater óptime,
 Divínis fámulos ímbue régulis,
 Angústum per iter scándere lárgiens,
 Dona regna perénnia.

Cunctórum dóminans omnipoténtia,
 Tu, qui sede poli cónspicis ómnia,
 Psalléntum plácide súscipe cántica
 Votis, voce precántia. Amen.

AD LAUDES

In tono Láudibus cives, e Festo S. P. Benedic̄ti, XXI Martii.

GEMMA cœlestis pretiosa Regis,
Norma justorum, via monachorum,
Nos ab immundi, Benedic̄te, mundi
Sùbtrahe cœno.

Magnus in parvis eremita membris,
Vincis ætatem, superas laborem;
Arcta districtæ rudimenta vitæ
Férvidus ímples.

Strage saxorum puerum sepultum,
Mox ut orasti, prece suscitasti,
Sensus hinc carni, caro sanitati
Rédditur æque.

Jure sub blandæ spécie columbæ,
Nesciam fellis ánimam sororis,
Summa stellati penetrare cœli
Cúlmina cernis.

Ipse post clarum referens triumpnum,
Celsa devicto petis astra mundo;
Luce flammantem radiante cellam
Pallia sternunt.

Laus, honor Patri, parlique Proli
Una majestas, éadem potestas,
Cum quibus Sanctus simul implet omnem
Spíritus orbem. Amen.



DIE XVIII. DECEMBRIS Suppl. R.

IN EXSPECTATIONE PARTUS B. M. V.

Hymni ut in Dominicis Adventus, p. 26 & seq. Ad Completorium & per Horas diei, in fine Hymnorum, qui cantantur in tono Vox clara, dicitur : Laus, honor, virtus, glòria, &c.

DIE XXIX. DECEMBRIS

S. THOMÆ, EPISCOPI ET MARTYRIS
AD MATUTINUM

In tono Sanctórum méritis, de Communi Plurimorum Martyrum. Et item ad Laudes.

PRÆBE, Thoma, viam qua líceat gradi :
Te clarum méritis, te pátriae decus,
Te fortem séquimur, te púgilem Dei,
Quo virtútis honor vocat.

Ne terréna tibi múnera príncipum
Cursum præpédiant, excute púlverem,
Et pergas áliis dignus honóribus,
Pastórum sédeas throno.

Nunc gaudéte, greges, tutáque páscua
Pastóris vigili cárpite sub pedo :
Si frendére lupos audiat, íllico
Se Thomas dabit óbrium.

Surgit vincla Sion sólvere Póntifex ;
Pravi dejíciet consilií minas,
Servans jura sibi crèdita coelitus,
Regis nec fáciem timet.

Præsta, summa Trias, plebs tua pólleat
Libertáte sacra, cujus amor bonos
Pastóres ániam pérdere cómpulit,
Quæ Christo data rédditur. Amen.

AD LAUDES

ADSIS, Thoma, Dei prótege víneam :
Hanc vastátor aper dum studet íngredi,
Custos, clange tuba, vocéque libera
Hostem cóminus íncrepes.

Nil Præsul frágili captus imágine,
Obsístit scéleri : rex ácuit simul

Linguas & gládios, índicat ut sibi
Vir contrárius óccidat.

Surgat prava cohors : eia, satéllites !
En pulchrum fácinus ! Pastor & hóstia
In templo próperat réddere sanguinem
Christo, qui tríbuit suum.

Mortem quid tímear ? dúmmodo pácifer
Exstet Christícolis, quem dédero, crúor;
Exsúltans mórior. Sic ait, ímpii

Thomas sub gládiis cadens.

Præsta, summa Trias, plebs tua pólleat
Libertáte sacra, cujus amor bonos
Pastóres ánimam pérdere cómpulit,
Quæ Christo data redditur. Amen.

DIE XIV. JANUARII

IN FESTO S. HILARII,

EPISCOPI, CONFESSORIS ET ECCLESIAE DOCTORIS

AD MATUTINUM

(& ad Vesperas, si transferatur hoc Festum)

In tono Sanctórum méritis, p. 119, & item ad Laudes.

Ex quo Rellígio, tot prócerum parens,
Gallos addíderit Christiadum gregi,
Quis par Hilário? quis generósius
Natum de Patre vindicat?

Insignes titulos, eloquium grave,
Dotes innúmeras plebs sacra cóncinat :
Laus supréma fides, qua génitum Deo
Altis vóbibus ásserit.

Si non tintæ fuit sanguine prófluo
Clara fronte micans ínfula nóbilis,
Curis mille litat : martyrii decus
Supplet continuus labor.

Hoc Nicæna fides vindice nítitur :
 Frustra tartareus cóncutit hanc furor,
 Hic oris gládio fúlgurat áureo,
 Vastantes ábigens lupos.

Quo vultu réducem grex pius éxcepit !
 Quas post longa metit prælia láureas !
 Te, Martine, docet quam pede strénuo
 Virtútum rápias viam.

Patri máxima laus, máxima Fílio,
 Fœcundo génerat quem Pater in sinu,
 Æquum princípio, nûmine cómparem :
 Sacro máxima Flámmini. Amen.

AD LAUDES

NON fraus magnánimum, non favor aut minæ
 Athlétam quátiunt : jussa tyrannidis
 Explens, Pastor oves línquere cògitur ;
 Quis jam contíneat lupos ?

Ergo, Præsul, abis? dum generósa mens
 Te parére facit, Gállia lácrymas
 Fundat : terra Phrygum suscipiens patrem
 Verbi vindice gáudeat.
 Erróris látebras doctor Hilárius
 Spargit luce nova ; fontéque vivido
 Expúrgat nócuis pásqua fæcibus ;
 Gentes érudit éfferas.

Ipsos, dum titubant, instituit fide
 Pastóres : rédeunt mox ad ovilia,
 Quos error tímidos abstulerat procul,
 Et vocem patris audiunt.

Præsul magne, poli qui super árdua
 Solem justitiæ cóminus áspicis :
 Verbum nos dóceat, quæsumus, ímpetra,
 Cujus dójmata prædicas.

Mundáni métuant impérii ducem,
 Qui terram sápiunt : Cæsaris haud timet

Infénsi fúrias pastor, & ásserit
 Christi libérius fidem.
 Patri máxima laus, máxima Fílio,
 Fœcundo génerat quem Pater in sinu,
 Æquum princípio, númíne cóparem :
 Sacro máxima Flámini. Amen.



DIE XV. JANUARII

Br. M.

IN FESTO S. MAURI, ABBATIS

- 55 -

AD VESPERAS

III.

M AURUM concé-lebra, Gálli-a, cánti-cis, Qui
 te pro-le nova di-tat, & íncly-ti Custos impé-
 ri- i, régi- a pró-tegit Sacro pígno-re lí- li- a.

Hic gentiliis major honóribus,
 Spretis lætus adit claustra palátiis,
 Calcat delícias, prædia, púrpuram,
 Ut Christi súbeat jugum.

Sancti propósitam Pátris imáginem
 Gestis compáribus sédulus éxprimit;
 Spectándis púeri lucet in áctibus

Vitæ norma monásticæ.

Se sacco rigidus cónterit áspero,
 Frænat perpéti lege siléntii;

Noctes in præcibus pærvigil exigit,
Jejûnus sólidos dies.

Dum jussis pátriis excitus ádvolat,
Sicco calcat aquas impávidus pede,
Edúcit Plácidum gúrgite sósipitem,
Et Petro símilis redit.

Laudum jugis honor sit tibi, Trinitas,
Quæ vultus sátiás lúmine Cœlites :
Da sanctæ famulis trámite Régulæ,
Mauri præmia cónsequi. Amen.

In aliis Congregationibus extra Galliam sic variatur :

Qui te, posthábitis ómnibus, ámbiunt,
Horum præsidium, dux, Deus, & decus,
Quas Mauri méritis, munéribus tuis,
Laudes pángimus, áccipe.

Hic gentilitiis major, cætera ut supra.

Ad Horas & Completorium Hymni cantantur in tono solemni Confessorum ad Laudes, p. 128, & item per Octavam omnes Hymni ejusdem metri.

- 76 -

AD MATUTINUM

II.

F

RANCICÆ lumen, co-luménque gentis, Mau-

F

re, qui noctes pré-cibus sacrásti : Nostra noctúr-

F

nis tibi lingua laudes Cóncinit ho-ris.

Gálliæ multis præcibus petitus,
Nuntium rursus pátriæ remittis;

Te salus gentis móvet, ac futúræ
Glória prolis.

Mille post casus obicésque fractos,
Ordinis late sóbolem propágas,
Atque promúlgas sacra Patriárchæ
Dógmata Francis.

Signa sectántur tua purpuráti :
Ipse rex subdit péibus corónam,
Ac tuos inter lácrys mans referri
Ambit alúmnos.

Inclytis signis óperum corúscas,
Voce debéllas érebi cohórtes,
Imperas morbis, tibi cogis ipsam
Cédere mortem.

Summe stellántis Dominátor aulæ,
Quem fides unum colit atque trinum,
Súpplices Mauri súperis cliéntes
Insere turmis. Amen.

In aliis Congregationibus extra Galliam, sic variatur :

NORMA tu vitæ speculúmque sanctæ,
Maure, qui noctes précibus sacrásti :
Nostra noctúrnis tibi lingua laudes
Cóncinit horis.

Gállia multis précibus, cætera ut supra.

AD LAUDES

In tono solemni Iste Conféssor, p. 125.

MAURE, qui Francis, moderánte Christo,
Régulæ sanctæ jubar attulisti,
Pelle jam nostras rútilans beáto
Lúmine noctes.

Ut novus gestis Elisæus esses,
Te sui testem vóluit triúmphii
Alter Elías, radiánte scandens
Trámite cœlos.

Inde justorum méritis onústus,
Spiritus Patris requiévit in te;
Esque virtutis spéculum patérnæ
Factus & hæres.

In sacro mortem, nova res! asylo
Géstiens quæris, meritisque plenam
Claudis, optátas móriens ad aras
Hóstia, vitam.

Summe stellántis Dominátor aulæ,
Quem fides unum colit atque trinum,
Súpplices Mauri súperis cliéntes
Insere turmis. Amen.

DIE XIX. JANUARII Suppl. M.

S. ODILONIS, ABBATIS

AD MATUTINUM

(*& ad Vesperas si dicendæ sint*)

*In tono Hymni Láudibus cives, de Festo S. P. Benedicti.
Et item ad Laudes.*

Te Deo charum, súperis sodálem,
Et decus splendens mónochis, canéntes
Fílios cernas, Odilo, tuámque
Réspice gentem.

Cæteri nummos, simul ac honóres
Térreos vano sítiant hiátu;
Christus est solus tua pars in aula
Cluniacénsi.

Corde te pastor récolit patérno
Máiolus : cœli réquiem propinquans,
Filiis mandat tua subsequántur
Jussa fidéles.

O gregem tanto duce ter beátum!
O gregis custos, Odilo, feráces
Flóridus ramos tuus Ordo late
Pandit ad orbem.

Jam sui veram Benedíctus in te
Gáudet expréssam spéciem : parili
Æmulum plausu vídeant ovántes,
Máiolus, Odo.

Te, Deus, mundi moderátor alme,
Cóncinant juncti mónochis fidéles :
Voce solémni Triadi résultent
Cántica laudis. Amen.

AD LAUDES

FILIUS lucis rádians Odilo,
In tenebrárum régione stantes,
Sol ut exsúrgens, récreat benígnus
Lúmine dulci.

Igne dum lugent ánimæ fidéles,
Inferas gestit penetráre sedes,
Pátriæ portas aperíre multis
Sánguine Christi

In Deum flagrans pietáte summa,
Singulis sacrum péragit diébus :
Immolans Agnum máculis caréntem,
Se simul offert.

Fonte de sacri láteris benígnum
Hausit in fratres ánimum, malisque
Nóluit scindens adhibére ferrum,
Sed medicinam.

Obvius currit miserans egénis :
Membra ne Christi fame torqueántur,
Dat cibos largus, sacra vasa templi
Erogat ipsa.

Nútui cedunt Odilónis acres
Mílites sæcli, gládios remittunt :
Sat crux fluxit; Deus ipse profert
Födera pacis.

Te, Deus, mundi moderátor alme,
Cóncinant juncti mónochis fidéles :
Voce solémni Triadi résultent
Cántica laudis. Amen.



DIE XXVII. JANUARII

IN FESTO S. JULIANI

CENOMANENSIMUM PRIMI EPISCOPI ET APOSTOLI

(In Diœcesi Cenomanensi)

AD VESPERAS

I.

L Ux ti-bi currit, Ju-li-áne, festa : Cœ-lites
 plaudant, resonéisque tellus ; Vos, decus gentis,
 pátri-æ paréntem Dí-ci-te, cives.

Nox suis mentes ténebris premébat:
 Lumen at cæcis óculis refûlget,
 Sancta dum docto tonat ore Præsul
 Dógmata Christi.

Móribus puris documénta firmans,
 Signa demónstrat, quibus urbs movétur,
 Et sacrum verbi dócili recóndit
 Péctore semen.

Hinc fides surgit, colitúrque Christus;
 Hinc ruunt late simuláchra vana :
 Et fit in sanis renováta lymphis
 Gens sibi dispar.

Qui Deum per te celebrámus unum,
 Et sumus messis tua, sancte Præsul,
 Grana nos summi Patris in supérna
 Hórrea transfer.

Summa laus Patri, Genitóque summa;
 Laus tibi compar, utriúsque nexus,
 Dante quo genti Juliánus affert
 Verba salútis. Amen.

Hymni Matutini, Laudum, Completorii & Horarum cantantur in tono solemni Exsultet cœlum, p. 112.

AD MATUTINUM

HYMNIS adéste, cœlites,	Sanántur ægri, córruunt
Triúmphet urbs cenómana :	Idóla, surgunt mórtui.
Dum Juliáni glóriam	Ubíque templa cóncrērat
Votis & ore psállimus.	Omnes lavat baptísmate,
Ex urbe Petrus Rómula	Deóque totam Póntifex
Hunc misit ad nos Præsulem,	Subdit fide provínciam.
Quem nostra gens Apóstolum,	O qui polórum gáudiis,
Honóre laudat pépeti.	Patróne, fulges, óptime,
Fons vivuſ urbem próluit,	Benignus audi súpplices,
Lux alma cæco rédditur,	Sis tutor urbis pérvigil.
Credénsque dux cum cívibus	Sit laus Patri, par Fílio;
Sacro lavátur flúmine.	Sanctóque virtus Flámini,
Vinčti caténis évolant,	Qui, Juliáno súpplice,
Signo fugántur dæmones,	Ovile Christi cópleat.

Amen.

AD LAUDES

JESU, salus credéntium,	Et gentis olim bárbaræ
Dux & coróna Præsulum,	Fides, amor, devótio :
Da Juliáni glóriam	Ægris redúcta sánitas,
Puris canámus méntibus.	Erépta morti córpora ;
Rigáta fonte cívitas,	Hæc Juliáno Præsuli,
Lux cœcitatí réddita,	Hæc est triúmphhi glória.
Vinčtis apérta cáceres,	O Christe, Pastor ómnium,
Angues repúlsi finibus :	Da Præsulis suffrágio,
Aris fugáti dæmones,	Ut nos ovili cœlitum
Idóla templis éruta,	Jungámur omni témpore.

Amen.



DIE III. FEBRUARII

Suppl. M.

S. ANSCHARII, EPISCOPI

AD MATUTINUM

(Et ad Vesperas, si forte dicendæ sint)

In tono communi Jesu Redemptor, p. 126.

ANSCHARI, pater óptime,	Bonus pastor viriliter
Errántes nos in dévio	Gregem pascis Domínicum,
Reduc tuo juvámine,	Infórmans ut veráciter
Servans in Christi grémio.	Christum colat magníficum.
Danis & Suécis grátiae	Prudens talénta grátiae,
Donum fidémque prædicas;	Cum lucri magnitúdine,
Pugil fortis in ácie,	Addúcis Regi glóriæ
Gentes Deo sanctificas.	In pacis pulchritúdine.
Notam facis incrédulis	Deo Patri sit glória,
Doctrinam Evangélicam :	Ejúsque soli Filio,
Lucem minístrans pópulis,	Cum Spíritu Paráclito,
Ducis in viam cœlicam.	Et nunc, & in perpétuum.
	Amen.





DIE X. FEBRUARII

Br. M.

IN FESTO S. SCHOLASTICÆ, VIRGINIS

- 43 -

AD VESPERAS

II.

TE, be-á-ta sponsa Christi, Te, co-lúmba
 Vírginum, Síderum tollunt co-ló-ni Láudibus,
 Scho-lásti-ca ; Nostra te læ-tis sa-lú-tant Vócibus
 præ-córdi- a.

Sceptra mundi cum corónis
 Docta quondam spérnere,
 Dogma fratris insecúta
 Atque sanctæ Régulæ,
 Ex odore gratiarum
 Astra nosti quærere.
 O potens virtus amóris!
 O decus victóriæ!
 Dum fluéntis lacrymárum
 Cogis imbrés currere,
 Ore Nursini paréntis
 Verba cœli súscipis.
 Luce fulges expetíta
 In polórum vértice,
 Clara flammis charitatis

Cum nitóre grátiae :
 Juncta sposo conquiéscis
 In décóre glóriae.
 Nunc benígna pelle nubes
 Córdibus fidélium,
 Ut seréna fronte splendens
 Sol perénnis lúminis,
 Sempitérnæ claritatis
 Impleat nos gáudiis.
 Glóriam Patri canámus
 Unicóque Filio :
 Par tribútum proferámus
 Inlyto Paráclito,
 Nútibus cujus creántur
 Et regúntur sæcula. Amen,

*Hymni Completorii & Horarum, & per Octavam omnes
Hymni ejusdem metri cantantur in tono Jesu corona Virginum,
de Communi.*

- 38 -

AD MATUTINUM

I.

YMNIS angélicis o-ra re-solvimus, Dum
terré-na flu-unt nocte si-lénti- a : Cœlestes módu-
los virgo Scho-lásti-ca Pu-ris méntibus ímpe-rat.

Gentis Nursiadum stémmate nóbilis,
Agni virgíneo foëdere clárior,
Sponsi perpétuis fragrat odóribus,
Cordis vúlnere púlchrior.

Fervens innócius páscitur ignibus,
Et majóra petit pábula cháritas;
Ut frater súperum gáudia disserat,
Virgo fórtior impetrat.

O noctis plácida dúcilia témpora!
Quæ cœli dápibus pectus inébriant,
Dum pandit cúpidis sermo vicárius
Jesu numen amáibile.

Cordis vera quies, ínclita Trinitas,
Quæ vultus sátiás lúmine Coelites :
Sit te dulce loqui, dúclius ásse qui,
Et per sæcula pérfrui. Amen.

AD LAUDES

In tono Jesu corona Virginum, de Communi, p. 130.

JAM noctis umbræ concidunt,	Quam pulchra gressum proximoves,
Dies cupita nascitur,	O chara proles Principis!
Qua virginis Scholasticæ	Nursinus Abbas aspicit,
Sponsus perennis jungitur.	Grates rependit Numinis.
Brumæ recedit tedium;	Amplexa Sponsi dexteram,
Fugantur imbræ nubibus :	Metit coronas debitas,
Vernantque campi siderum	Immersa rivis gloriæ,
Æternitatis floribus.	Deique pota gaudiis.
Amoris auctor evocat :	Te, Christe, flos convallium,
Dilecta pennas induit;	Patremque, cum Paracclito,
Ardens ad oris oscula	Cunctos per orbis cardines,
Columba velox evolat.	Adoret omne saeculum.

Amen.

DIE VI. MARTII

SS. PERPETUÆ ET FELICITATIS, MM.

Sequentes Hymni cantantur in tono Sanctorum meritis, de Comm. Plurimorum Martyrum.

AD VESPERAS

CHRISTI Sponsa piis laudibus effera
 Binas impavidæ pectore feminas :
 In sexu frâgili corda virilia
 Hymnis pangat ovantibus.
 Ad lucem genitæ sole sub Africo,
 Nunc ambæ pugiles actibus inclytis
 In toto radiant orbe : micantibus
 Fulgent tempora laureis.
 Exornat generis Perpetuam decus ;
 Sponso connubii juncta recentibus
 Clarescit : sed honos hanc trahit altior,
 Christi foedera prætulit.

Se Regis fātulam libera prófitens,
 Dum servile jugum Felicitas subit :
 Ad luctam próperans gréssibus æmulis,
 Palmas ad sīmiles volat.

Frustra Perpétuam flétibus & minis
 Impúgnat génitor : quæ simul ángitur,
 Errántem miserans. Oscula filio
 Lacténti dedit última.

Terris Heva parens quæ mala cónculit,
 Horum sentit onus Felicitas grave,
 Nunc & passa sibi partúriens gemit,
 Mox passúra Deo libens.

Laus ætérrna Pátri, laus quoque Filio,
 Par indivíduo glória Flámini :
 In cunctis résonet Christiadum choris
 Virtus Martyribus data. Amen.

AD MATUTINUM

CÆLI Perpétuæ pánditur óstium,
 Inspectáre datur : jam sibi prælia
 Exortúra videt, sed réquiem Deus
 Post certámina cónferet.

Tangit scala domos áurea cœlitum :
 Ast utrúmq[ue] latus cuspídibus riget :
 Lapsos terribilis fáucibus éxcepit
 Hanc infra récubans draco.

Ascéndas, múlier, nec draco téreat,
 Contritúmq[ue] caput sit tibi pro gradu,
 Per quem sidéreos incípias pede
 Orbēs scàndere cóncito.

Hortus delíciis jam patet áffluens,
 In quo mulget oves Pastor amabilis :
 Huc optáta venis, filia : sic ait,
 Hanc dulci récreans cibo.

In circum rápitur : fœdus & hórrida
 Occúrrit spécie vir gládium vibrans :

Dejéctus téritur femíneo pede.

Victrix, súscipe præmia.

Laus ætérrna Patri, laus quoque Fílio,
Par indivíduo glória Flámini :

In cunctis résonet Christiadum choris
Virtus Martyribus data. Amen.

AD LAUDES

LUXIT clara dies, víncere qua datur
Athlétis Dómini. Pérgite, Mártyres:
Omnis Perpétuam curia Ccelitum,
Et te, Felicitas, cupit.

Quassat Perpétuæ membra tenérrima,
Elidit sóciam béllua. Te soror
Stans, o Felicitas, ad nova prælia
Eréctam réparat manu.

E cœlo púgilum respiciens Deus
Certámen, géminas ad bravíum vocat.
Effuso próperet sanguine spíritus,
In Christi rémeans sinum.

Optátus pénétrat córpora Mártyrum
Lictóris gládius : sed trépidam manum
Fortis Perpétuæ déxtera dirigit,
Præbens gúttura cùspidi.

Nunc, o magnánimæ, gáudia quæ manent
In sponsi thálamo cárpite júgiter.
Vos exémpla dedit : præsidium potens
Vestrís ferte cliéntibus.

Laus ætérrna Patri, laus quoque Fílio,
Par indivíduo glória Flámini :
In cunctis résonet Christiadum choris
Virtus Martyribus data. Amen.



DIE XII. MARTII

Br. M.

IN FESTO S. GREGORII MAGNI

PAPÆ, CONFESSORIS ET ECCLESIAE DOCTORIS

- 69 - AD VESPERAS ET MATUTINUM

IV.

ANGLO-RUM jam Apóstolus, Nunc Ange-ló-
rum sóci-us, Ut tunc, Gregó-ri, géntibus Suc-
curre jam credéntibus.

Tu largas opum cópias,
Omnémque mundi glóriam
Spernis, ut inops inopem
Jesum sequáris principem.

Vidétur egens naufragus,
Dum stipem petit Angelus,
Tu munus jam post géminum,
Præbes & vas argénteum.

Ex hoc te Christus témpore,
Suæ præfert Ecclésiæ :

Sic Petri gradum pércipis,
Cujus & normam séqueris.

O Póntifex egrégie,
Lux & decus Ecclésiæ,
Non sinas in periculis,
Quos tot mandátis instruis.

Sit Patri laus ingénito,
Sit decus Unigénito :
Sit utriúsque párti
Majéstas summa Flámini.
Amen.

AD LAUDES

Cantus ut supra ad Vesperas.

MELLA cor obdulcántia
Tua distillant lábia,


Fragrántum vim arómatum
Tuum vincit elóquium.

Scripturæ sacræ mystica
Mire solvis ænigmata :
Theórica mysteria
Te docet ipsa Véritas.

Tu nauctus Apostolicam
Vicem simul & gloriām,
Nos solve culpæ néxibus,
Redde polórum sédibus.

O Póntifex egrégie,
Lux & decus Ecclésiæ,
Non sinas in periculis,
Quos tot mandatis instruis.

Sit Patri laus ingénito,
Sit decus Unigénito :
Sit utriusque párili
Majestas summa Flámini.
Amen.



DIE XVIII. MARTII

S. GABRIELIS, ARCHANGELI

AD VESPERAS

In tono Tibi Christe splendor Patris, de Vesperis S. Michaelis,
p. 75.

Tibi, Christe, splendor Patris,
Vita, virtus cōrdium,
In conspéctu Angelórum
Vótis, voce psállimus,
Alternántes concrepándo,
Melos damus vócibus.

Collaudámus venerántes
Omnes cœli príncipes :
Sed præsértim Gabrélem,
Dei fortitudinem,
Regis suprémi legátum,
Paranymphum Vírginis.

Quo custóde procul pelle,
Rex, Christe, piissime,
Omne nefas inimici,
Mundo corde & corpore,
Paradiso redde tuo
Nos sola clementia.

Gloriām Patri melódis
Personémus vócibus ;
Gloriām Christo canámus,
Gloriām Paráclito,
Qui trinus & unus Deus
Exstat ante sæcula. Amen.

AD MATUTINUM

In tono Hymni Custódes hóminum de Vesperis SS. Angelorum Custodum, p. 104.

O RÓBUR Dómini, lúcide Gábriel,
Quem de príncipib⁹ signat Emmáuel :
A quo promeruit díscre Dániel
Hírci prodígium feri.

Tu vatis précibus curris alácriter,
Monstras hebdómadum sacráta témpora,
Quæ nos æthérei gérmíne Príncipis,

Dítábunt bene gáudiis.

Baptistæ páriter mira paréntibus
Affers a súperis lätáque núnctia,
Quod mater stérili córpore, pignora

Longævo páriet patri.

Quod vates réferunt mundi ab origine,
Hoc sacræ véniens tu plene Virgini
Longo mystérium pandis ab órdine,

Verum quod páriet Deum.

Pastóres Sólymos, ínclyte, gáudiis
Implésti, réserans cœlica núnctia :
Et tecum célebrat turba canéntium

Nati mystérium Dei.

Oránti Dómino nocte novíssima,
Dum sudor mágidum sanguine cónficit,
Adstas a súperis, ut cálicem bibat,

Assénum Patris índicans.

Mentes cathólicas, ínclytæ Tríntitas,
Confirma fidei múnere cœlico :
Da nobis grátiam, nos quoque glóriam
Per cuncta tibi sæcula. Amen.

AD LAUDES

In tono Christe Sanctórum, de Laudibus S. Michaelis, p. 77.

CHRISTE, sanctórum decus Angelórum,
Rector humáni généris & auctor,
Nobis æténum tríbue benignus
Scándere cœlum.

Angelus fortis Gábriel, ut hostem
Pellat antíquum, vólitet ab alto,
Sæpius templum véniens ad istud
Visere nostrum.

Hinc Dei nostri génitrix María,
Totus & nobis chorus Angelórum

Semper assistat, simul & beata
Cóncio tota.

Præstet hoc nobis Déitas beata
Patris ac Nati, paritérque Sancti
Spíritus, cuius réboat in omni
Glória mundo. Amen.

¶ In aliquibus locis ut infra in Appendice, die XVIII. Martii.



DIE XXI. MARTII

Br. M.

IN FESTO S. P. BENEDICTI, ABBATIS

-45-

AD VESPERAS

Idem cantus servatur ad Matutinum & Laudes.

IV.

AUDIBUS ci-ves résonent canó-ris, Templa
so-lémnes modu-léntur hymnos: Hac di- e summi
Benedíctus arcem Scandit O-lympi.

Tempore Paschali, dicitur :

Aurea summi Benedíctus arce
Gaudet Olympi.

Ille floréntes peragébat annos,
Cum puer dulcis pátriæ penátes
Liquit, & solus látuit silénti
Cónditus antro.

Inter urticas, rigidosque sentes
 Vicit altricem scelerum juventam :
 Inde conscripsit documenta vitae
 Pulchra beatæ.

Æream turpis Clárii figúram,
 Et némus stravit Véneri dicatum,
 Atque Baptistæ pósuit sacrató
 Monte sacellum.

Jamque felici résidens Olympo,
 Inter ardentes Séraphim catervas
 Spectat, et dulci réficit cliéntum
 Corda liquore.

Glória Patri, genitæque Proli,
 Et tibi compar utriusque semper
 Spíritus alme, Deus unus, omni
 Témpore sæcli. Amen.

*Hymni Completorii & Horarum cantantur in tono solemni
 Jesu, coróna célsior, de Communi Confessorum ad Laudes, p. 128.
 Post Pascha autem, cantantur in tono paschali, p. 45.*

AD MATUTINUM

QUIDQUID antiqui cecinére vates,
 Quidquid æternæ moniménta legis,
 Cointinet nobis celebranda summi
 Vita Monarchæ.

Extulit Mosen pietas benignum,
 Inclytum proles Abraham decórat,
 Isaac sponsæ decus, & sevéri
 Jussa paréntis.

Ipse virtutum cùmulis onústus,
 Célsior nostri Patriárcha cœtus,
 Isaac, Mosen, Abraham sub uno
 Péctore clausit.

Ipse, quos mundi ráput procellis,
 Hic pius flatu státuat secundo,
 Pax ubi nullo, requiéscere gliscit
 Mixta pavore.

Glória Patri, genitæque Proli,
 Et tibi compar utriusque semper
 Spíritus alme, Deus unus, omni
 Témpore sæcli. Amen.

AD LAUDES

INTER ætérnas Súperum corónas,
 Quas sacro partas rétinent agóne,
 Emicas celsis méritis corúscus;
 O Benedicte.

Sancta te compsit púerum senéctus,
 Nil sibi de te rápuit volúptas,
 Aruit mundi tibi flos ad alta
 Mente leváto.

Hinc fuga lapsus, pátriam, paréntes
 Déseris, fervens némorum colónus,
 Edomas carnem, subigísque Christo
 Tortor acérbus.

Ne diu tutus látebras fovéres,
 Signa te produnt óperum piórum,
 Spárgitur felix céleri per orbem
 Fama volátu.

Glória Patri, genitæque Proli,
 Et tibi compar utriusque semper,
 Spíritus alme, Deus unus, omni
 Témpore sæcli. Amen.



DIE XXI. APRILIS

Suppl. M.

IN FESTO S. ANSELMI

EPISCOPI, CONFESSORIS ET ECCLESIAE DOCTORIS

AD VESPERAS ET MATUTINUM

In tono Iste Confessor, pro Doctoribus, p. 124.

FORTIS en Præsul, mónachus fidélis,
 Láurea Docto redimítus adstat :

Festus Ansélimo chorus æmulétur
 Dicere carmen.
 Ante maturos sapiens hic annos,
 Sæculi florem pereúntis horret;
 Atque Lanfránci documénta quærens,
 Intrat erémum.
 Intimum pulsans penetrále Verbi,
 Fertur immótæ fidei volátu :
 Dógmatum puros látices an ullus
 Altius hausit?
 Munus Abbátis, Pater alme, sumens,
 Te voves charæ sóboli : benígnis
 Débiles portas húmeris, alácrès
 Prævius hortans.
 Præsulum defert tibi rex cathédram ;
 Quid times luctam? próperant triúmphi :
 Exteras gentes, generósus exsul,
 Lúmine reples.
 Sacra libertas, óvibus redéemptis
 Parta, cui Christus nihil antepónit,
 Urget Ansélmum : stúdio quis æquo
 Víndicat ipsam?
 Clara fit Romæ tua fama, Præsul :
 Póntifex summus tibi fert honóres ;
 Te fides poscit : siluére Patres :
 Dogma tuére.
 Sis memor sancti gregis, & patrónus
 Sis ad ætérnam Tríadem, precámur,
 Cuncta cui dignas résonent per orbem
 Sæcula laudes. Amen.



DIE XXIX. APRILIS

Suppl. M.

S. HUGONIS, ABBATIS

AD VESPERAS ET MATUTINUM

- 77 -

I.

Hugo, pi-us Pa-ter, clarus prosá-pi-a , Ex-
 stat præclá-ri- or virtú-tum grá-ti- a : Contémnit
 sæ-cu-lum & e-jus gáudi- a, Cognóscens ómni-
 a ci-to labénti- a.

Divino póstmodum afflátus Spíritu,
 Mutáto péctore, mutátur hábitu :

Intra Domínica manet ovília,
 Christi cum óvibus ovis egrégia.

Pastórìs nútibus obédit sédula,
 Nil horum præterit quæ jubet Régula :
 Forti conámine calcat supérbiam,
 In sapiéntia vincens malitiam.

Tulit justítiae sanctam esúriem,
 Beátam séquitur Christi paupériem,
 Procéssu témporis crescens virtútibus,
 Ipsiis appáruit mirándus sénibus.

Mundo jam mórtuus, Christo se vívere
 Sancto mortálibus demónstrat ópere :

Hinc pastor móritur, ovis præficitur;
Pastoris strénuë vices exséquitur.

Cunctórum dóminalis omnipoténtia,
Tu qui sede poli cónspicis ómnia:
Hugónis filii profer auxílium,
Et aurem præbeas votis precántium. Amen.

- 77 -

AD LAUDES

I.

E -Do-CET súb-di-tos verbis & áctibus, Se
donans spécimen bonórum ómnibus : Di-rus ad scé-
lé-ra mi-se-ricórdi-ter, Utrúmque témpe-rans;
fit æquus árbi-ter.

Ut prudens médicus, perúngit lánguida;
Quæ salus ábjicit, præcídít pútrida;
Non illum éxtulit sedes supérior,
Qui mente pémanet cunctis inférior.

Alúntur páuperes mente promptíssima;
Quæ dentur dat Deus manu largíssima;
Vestítur núditas Christi, vel páuperum :
Accréscit cùmulus bonórum óperum.

Hic venerábile Cluniacénsum
Plus priscis pátribus ditat Cœnóbium :

Illius stúdio crevit relligio,
Crevit & númerus fratrū collégio.

Marthæ sollicitus implet officium,
Audit cum María Christi collóquium :
Jugi siléntio júngitur léctio;
Nec deest lácrys fervens orátiō.

Cunctórum dóminans omnipoténtia,
Tu qui sede poli cónspicis ómnia;
Hugónis filiis profer auxílium,
Et aurem præbeas votis precántium. Amen.

DIE XI. MAII

Suppl. M.

S. MAIOLI, ABBATIS
AD VESPERAS ET MATUTINUM

*In tono Temporis vel Octavæ currentis, alias in tono solito
Confessorum ad Laudes.*

MAIOLE, consors prócerum	Depónē gravem sárcinam,
Regum Regi placéntium,	Léviga consciéntiam.
Inter cœlestes áulicos,	His fáscibus depósitos,
Divinitatís cónscios :	Mortis solútos vínculis,
Honóris privilégio,	Junge rios tuos sérvulos
Cœtu junctus monástico :	Mónachis præstantíssimis.
Sed & choris angélicis,	Cum quibus nos perpétua
Frúeris aula lúminis.	Possideámus gráudia,
Unde, Pater, nos résponce	Christi favénte gráttia,
Pressos peccati póndere :	Per infinita sæcula. Amen.

Hæc Doxologia nunquam mutatur.



DIE XIII. MAII

Suppl. M.

S. ROBERTI, ABBATIS

AD VESPERAS ET MATUTINUM

*In tono Temporis vel Octavæ currentis, alias in tono solito
Confessorum ad Laudes.*

ALMÆ cliéntem Virginis,	Opus tuum nunc pérfice,
Novæ satórem víneæ,	Deique servos róbora,
Exémplar & patrem gregis,	Ut corde magno régium
Hymnis Robértum pángimus.	Crucis sequántur trámitem.
Hujus rigáta lácrymis	Matris Dei cleméntiam,
Desépta vernant flóribus :	Nostri misértus, ímpetra :
Vallis beáta cándidas	Oves ut ipsa prótegat
Rosas per orbem próferet.	Candóre mundas grátiæ.
Pater Molísmi, clárius	Adsis, beáta Trinitas,
Per te micat Cistércium :	Preces Robérti súscipe ;
In quo jubéris cœlitus	Ut prosequámur pérpetim
Salútis arcem cóndere.	Incoepita terris cántica. Amen.

Hæc Doxologia nunquam mutatur.



DIE XXIV. MAII

Suppl. R.

IN FESTO B. MARIAE VIRGINIS

SUB TITULO AUXILIUM CHRISTIANORUM.

- 78 -

AD VESPERAS ET MATUTINUM

I.

S ÆPE dum Christi pópu-lus cru- éntis Ho-

stis infénsi preme-ré-tur armis, Venit adjútrix



pi- a Virgo cœ-lo Lapsa se-réno.

Prisca sic Patrum monuménta narrant,
Templa testántur spóliis opímis
Clara, votivo repetíta cultu
Festa quotánnis.

En novi grates líceat Maríæ
Cántici lætis módulis reférre
Pro novis donis, resonánte plausu
Urbis, & Orbis.

Oh! dies felix, memoránda fastis
Qua Petri Sedes Fidei Magístrum,
Triste post lustrum réducem beáta
Sorte recépit.

Vírgines castæ, puerique puri,
Géstiens clerus, populúsque grato
Corde Regínæ celebráre cœli
Múnera certent.

Vírginum Virgo, benedícta Jesu
Mater, hæc augē bona; fac, precámur,
Ut gregem Pastor Pius ad salútis
Pásqua ducat.

Te per ætérmos venerémur annos,
Trínitas, summo celebránda plausu,
Te fide mentes, resonóque linguæ
Cármine laudent. Amen.

Ad Hymnos Horarum, cantus & Doxologia ut in Festis B.M.V.

AD LAUDES

Idem cantus ac ad Vesperas.

Te Redemptóris, Dominique nostri
Dícimus Matrem, speciosa Virgo,
Christianórum decus, & levámen
Rebus in arctis.

Sæviant portæ licet inferórum,
Hostis antiquus fremat, & mináces,
Ut Deo sacrum populétur agmen,
Súscitet iras.

Nil truces possunt fúriæ nocére
Méntibus castis, prece quas vocáta
Annuens Virgo fovet, & supérno
Róbore firmat.

Tanta si nobis fáveat Patróna,
Béllici cessat scéleris tumúltus,
Mille sternúntur, fugiúntve turmæ,
Mille cohórtes.

Tollit ut sancta caput in Sióne
Turris, arx firmo fabricáta muro,
Civitas David, clypeis, & acri
Mílite tuta.

Virgo sic fortis Dómini poténti
Déxtera, cœli cumuláta donis,
A piis longe fámulis repéllit
Dæmonis ictus.

Te per ætérnos venerémur annos.
Trinitas, summo celebránda plausu,
Te fide mentes, resonóque linguæ
Cármine laudent. Amen.



DIE XXV. MAII

Suppl. M.

IN FESTO S. GREGORII VII.

PAPÆ ET CONFESSORIS

- 76 -


AD VESPERAS

Idem cantus servatur ad Matutinum & Laudes.


II.

T





tum Romæ jubar, o Gregóri, Corde qui magno



súpe-rans procéllas, Líttora tangis.

Gáudeat cœtus Benedícti Patris,
Qui tot & tantos generávit orbi
Fílios : nullus símili refúlsit

Laude veréndus.

Núntium latæ ditiónis affert
Dextra ludéntis püeri, dolántem
Dum secus fabrum, Dómino regénte,
Ségmine scribit.

Alta conséndas, Pater, oriáris
Sol novus mundum rádiis serénans :
Póntifex Petri sédeas cathédra,
Arbiter orbis.

In latebrósos fúgiant recéssus,
Quotquot hostili rábie furéntes,
In gregem Christi sátagunt nefánda
Tela vibráre.

Sis memor chari gregis, et patrórus
Sis ad ætérnam Triadém, precámur :
Cuncta cui dignas résonent per orbem
Sæcula laudes. Amen.

AD MATUTINUM

EN adest Pastor vigil & supérno
Spíritu plenus : gladióque verbi
Cónteret tetros Zábuli minántis
Fórtior astus.

Jam Sicambrórum dominátor audax
Gestit Henricus, móntis suprémi

Patris abscédens, véterum furórum

Flare favillas.

Sed reluētántem cóhibes, Gregóri,

E sacra fulmen jaculátus arce :

Et potestatis túmidos cadúcæ

Déspicis ausus.

Mox ab indígnis mánibus revúlsa,

Sceptra regnántis regiménque transfers,

A fide cives rélevans tyráno

Jure negáta.

Sis memor chari gregis, & patrórus

Sis ad ætérnam Tríadem, precámur :

Cuncta cui dignas résonent per orbem

Sæcula laudes. Amen.

AD LAUDES

PONTIFEX magnus, pôpulo stupénte,

Sub columbína spécie, loquéntis

Spíritus Sancti documénta sensit,

Actibus implet.

Fortis occúrrit mûlier Mathíldis,

Quæ Patri summo tríbuens juvámen,

Inclytæ Sedis, stúdio fidéli,

Jura tuétur.

Triticum cernens lóliis scatére

Præsul, & messem mánibus profânis

Objici, zelo rapiénte, sævit,

Alter Elías.

Ut viam currant pátriæ supérnæ

Líbero gressu pôpuli fidéles,

Anteit Pastor, própriam parátus

Trádere vitam.

Murus Israel dómui stetisti

Críminum vindex, columénque Romæ :

Inter ærúmnas plácida, Gregóri,

Morte potíris.

Mártires pergis prope, laureátus;
 Firmus & constans, fidei tenácer,
 O Pater, præbes ánimum : triúmphus
 Gáudia sumas.

Sis memor chari gregis, & patrónus
 Sis ad æternam Tríadem, precámur :
 Cuncta cui dignas résonent per orbem
 Sæcula laudes. Amen.

DIE XXVI. MAII

Suppl. M.

S. AUGUSTINI, EPISC. ET CONFESSORIS

AD MATUTINUM

(& ad Vesperas si dicendæ sint)

In tono Temporis aut Octavæ currentis, alias in tono communi Jesu Redémptor.

FÆCUNDA sanctis ínsula,
 Tuum canas Apóstolum ;
 Et filium Gregórii
 Laudes piis concéntibus.
 Ejus labóre fétilis,
 Messem dedísti plúrimam,
 Quæ sanctitatis flóribus
 Diu refúlgens ínclita.

Turma quadragenária
 Stipátus intrat Angliam :
 Vexilla Christi próferens,
 Dux pacis affert pignora.
 Crucis trophæum prómicat,
 Verbum salútis spárgitur ;

Fidem quin ipse bárbarus
 Rex corde prompto súscipit.
 Mores feros gens éxuit,
 Undisque lota flúminis,
 Ipsa die renásctitur
 Qua sol salútis ortus est.

O Pastor alme, filios
 E sede pascas síderum :
 In matris ulnas ánxiæ
 Gregem redúcas dévium.
 Præsta, beáta Trinitas,
 Quæ rore jugi gratiæ
 Vitem rigas; ut pristina
 Fides resúrgens flóreat. Amen.

DIE II. JUNII

S. POTHINI, EPISC. ET SOCIORUM, MM.

AD VESPERAS

In tono Temporis aut Octavæ currentis, alias in tono Rex glorióse Mártymrum. Et item ad Matutinum & Laudes.

SUMMI sacêrdos Núminis
Pothinus, insígnis senex,
Spectânda fortitúdinis
Exémpla demónstrat gregi.
Ardore pænárum flagrans,
Raptátur ad prætórium :
Hunc ímpetunt clamóribus.
Cum plebe sævi príncipes.
Tunc Christus ore Præsulis
Effáta promít libera :
Succénditur verbis furor,

Senátus indígnans fremit.
Raptant, prehéndunt, vér-
berant,
Pugnis premunt & cálcibus :
Conclúsus atro cárcere,
Exhálat astris spíritum.
Sit laus Patri, laus Filio,
Sit par tibi laus, Spíritus :
Quo dante, certátrix cohors
Torquéntibus fit fórtior.
Amen.

AD MATUTINUM

Mox ad theátrum pródiens,
Turbis palam spectántibus,
Matûre, cum Sancto, truces
Ad béstias expóstus es.

Imménsa scindunt vérbera ;
Mordent furéntes béllo ;
Ignita sedes ústulat,
Detrúncat audax áscia.
O Mártires ! o víctimæ !
His Attalus conjúngitur :

Refert corónas Pónticus,
Palmásque víctrices metit.
Nos o juváte súpplices,
Quos, dente discissos fero,
Torménta post & bárbara,
Cœlo secúris áddidit.

Sit laus Patri, laus Filio,
Sit par tibi laus, Spíritus :
Quo dante, certátrix cohors
Torquéntibus fit fórtior.

Amen.

AD LAUDES

TRIUMPHAT mundi príncipem
Blandina, cunctis fórtior :
Immóta coram júdice,
Lassat manus torquéntium.


Duro ligáta stípiti,
Disténta per crucis modum,
Et devoránda cóncitis
Parátur esca béstii.

Sed nulla vel contíngere
Corpus sat audax béllua :
Recédit impásta fame,
Ipsis tyránnis mitior.

Sic per ferínos ímpetus,
Per cárceres, per vérbera,

Per flámmeas sartágines,
Ovans ad astra cónvolut.
Sit laus Patri, laus Fílio,
Sit par tibi laus, Spíritus :
Quo dante, certátrix cohors
Torquéntibus sit fórtior.

Amen.



DIE III. JUNII

S. CLOTILDIS, REGINÆ ET VIDUÆ

- 79 - AD VESPERAS

Idem cantus servatur ad Matutinum & Laudes.

II.

S

ALVE, Francí- adum gló-ri- a gentis : Per



O regum sóboles, quæ Clodovæo,
Ut Christum téneat, tráderis uxor;
Gentili sócio juncta fidélis,
Sponsi mente procul núbila pelles.

Florem mane rapit turbo recéntem,
Sic præceps rápuit mors tibi natum :

Vitæ lotus aquis, in melióri
Exsultat pátria; plaudis ovánti.

At, regina, tibi náscitur alter;
Rex sacro sóbolem fonte renásci
Invitus pátitur : mox, pia conjux,
Exclúdis pátrio corde timórem.

Nunc, ancilla Dei, perge, Clotildis,
Ex te progénies en nova surgit :
Rex, gens Franca Deum, te genitrice,
Te præbente manum, quærere discent.

Sanctæ sint Triadi laudis honóres,
Per quam Francigenis fémina prudens
Christi colla jugo fléctere suavi,
Cœlestémque viam cùrrere monstrat. Amen.

AD MATUTINUM

QUÆ nunc bella strepunt? quis furit æstus?
Francorúmne tremor corda subívit?
Stat rex ambíguus, nec sua vanis
Audent numínibus crèdere fata.

Non idóla mihi, Christe Clotildis,
Præstant auxílium, jamque recéssit
Virtus Franciadum : víncere dones,
Ex tunc nostra tibi nosque vovémus.

Sic princeps, óculis sidera versus
Eréctis, lóquitur. Nec mora, dexter
Exsúrgit Dóminus, díssipat hostes :
Cedunt præcipites, ágmine rupto.

Præsul Remígius jam Clodovæo
Vitæ perpétuæ mystica pandit :
Rex commissa luit fonte perénni,
Et gens tota sacrís tingitur undis.

Sanctæ sint Triadi laudis honóres,
Per quam Francigenis fémina prudens
Christi colla jugo fléctere suavi,
Cœlestémque viam cùrrere monstrat. Amen.

- 79 -

AD LAUDES

II.

A

D quas, orba vi-ro, trísti- or ædes Gressus
 promóve-as so-la, Clo-tíldis ? Martíni túmu-lo
 condis amá- ros Luctus: inde po-tens bella co-
 érces.

Incúmbens précibus : nec tibi parcens,
 Indúlges áliis : nutris egéños,
 Christi membra foves : pródita factis,
 Dum regina lates, nota corúscas.

Felices nímium, si tua nati
 Prudénter sáperent verba salútis !
 O regum génitrix, ipsa nepótum
 Urget cura tuum pectus amóre.

Nunc e sede poli résponce gentem ;
 Te matrem fidei grata salútat :
 Præsens, alma, tuis cœlitus esto ;
 Propéllas pátria lóngius hostes.

Sanctæ sint Triadi laudis honóres,
 Per quam Francigenis fémina prudens
 Christi colla jugo fléctere suavi,
 Cœlestémque viam cùrrere monstrat. Amen.

DIE V. JUNII

Suppl. M.

S. BONIFACII, EPISC. ET MARTYRIS

- 80 - AD VESPERAS ET MATUTINUM

II.

P

RÆSULIS exsúltans cé-lebret Germáni-a lau-
 des, Et Boni-fáci*z* opus Mártyris almí-ficum. Or-
 dinat hunc Roma, mittítque Bri-tánni-a ma-ter
 Doctó-rem pópu-lis & decus Ecclé-si-æ : Pontí-
 ficem summum, signó-rum fúlmine cla-rum, E-ló-
 qui-o ní-tidum, mó-ribus egrégi- um : Quem Fran-
 cus, Fri-sóque simul, Saxóque minístrum Ætér-

næ vitæ prædi-cat esse sibi. Quod terra móri-tur
 fruméntum plú-rima confert Sémina, fructúmque
 multipli-cá-re studet : Sicque Sacerdó-tis Dómi-ni
 lætíssima crescit Paucis ex granis glo-ri-fi-cánda
 seges. Gló-ri-a summa Patri, compar sit glóri-a
 Na-to; Laus & in ætérnūm, Spí-ri-tus alme, tibi.
 A-men.



DIE XII. JUNII

S. LEONIS III. PAPÆ ET CONFESSORIS .

AD MATUTINUM

(Et ad Vesperas, si opus fuerit)

In tono Hymni Tibi, Christe, splendor Patris, e Festo
S. Michaelis, p. 75.

CLAVIBUS sacris coruscans
Tertius surgit Leo :
Grande nomen, magna virtus,
Sæntitas, constántia :
Terra plaudat, & superni
Cóncinant exércitus.

Se jugo servus fidélis
Súbdidit monástico ;
Sceptra mundi qui tenébit,
Colla flectit Régulæ :
Ore sed Christi vocátus,
Alta scandet múnera.

Orbis in sede supréma
Oritur sol hic novus ;
Dógmatum vindex refúlget
Pastor & pater gregis ;
Templa restáurans, decóro
Mártires cultu sovet.

Plebs alácris dum frequéntat,
Christe, Natáles tuos ;
Omnibus sæclis stupéndum !

En Leónis ad pedes
Provolutus Imperátor,
In sacra Petri domo.
Ponit ex ara corónam
Príncipis fronti Leo.
Pacis Augústo parénti,
Cárolo piissimo
Vita, laudes & triúmphus :
Vota sunt fidélium.

Sic Redemptoris potéstas
Summa splendet, cui Pater
Hic & in Regno polórum
Jura cuncta trádedit :
Hac die sic integrátur
Fractus ordo Cæsarum.

Qui Leóni principátum
Cóntulit, Patri decus ;
Filio laus, qui Leónem
In suas mittit vices ;
Qui Leónis cor gubernat,
Laus simul Paráclito. Amen.





DIE XIX. JUNII

SS. GERVASII ET PROTASII, MARTYRUM

AD VESPERAS

In tono Rex glorióse Mártirum, p. 122.

GRATES tibi, Jesu, novas Sanátus impos méntium
 Novi repértor múnneris, Opus fatétur Mártirum.
 Protásio, Gervásio,
 Cano, repértis frátribus. Solúta turba vínculis,
 Piæ latébant hóstiae,
 Sed non latébat fons sacer : Spiris dracónum libera,
 Latére sanguis non potest,
 Qui clamat ad Deum Patrem. Emíssa totis úrbibus,
 Célo refúlgens grátia Domum redit cum grátia.
 Artus revelávit sacros : Vetústa sæcla vídimus,
 Nequímus esse mártires,
 Sed invenímus Mártires. Jactáta semicínctia,
 Cæcus recépto lúmine,
 Mortis sacræ bonum probat : Taftúque & umbra córporum.
 Patri simúlque Fílio,
 Tibique, Sancte Spíritus,
 Sicut fuit, sit júgiter
 Sæclum per omne glória.
 Amen.

AD MATUTINUM

In tono Regáli sólio, e Festo S. Hermenegildi, Martyris, p. 73.

O nox splendídior lúmine síderum!
 Qua miros júvenes evigilans senex
 Gaudet véstibus albis
 Indútos sibi sístere.
 Cœlestis mónitor prótinus édocet
 Qui sint, quisve locus pignora cóntegat,
 Quantum terra profundo
 Thesáurum cápiat sinu.
 Accúrrunt próceres, effóditur solum:
 Divínis férerum spirat odóribus;
 Signis mille sepúlhri
 Dulces exúviæ micant.

Quantus fervet amor! quantáque gáudia!
 Quam se pompa frequens láudibus éxplicat!
 Christi sponsa triúmphans
 Quantis crescit honóribus!
 Plagis tincta rubris membra sacrant viam;
 Condunturque piis tum penetrálibus:
 Hanc Præsul super aram,
 Hos supra túmulos litat.
 Sit nunc, trine Deus, máxima laus tibi:
 Da nos martyrii laude pares sequi:
 Et quos róbore firmas,
 Nobis súffice víndices. Amen.

AD LAUDES

In tono Sanctórum méritis, p. 119.

ATHLETAS fidei non superábiles,
 Æternique pares Núminis hóstias,
 Uno concélebret gens pia cármne,
 Dum par glória múnérat.
 Sanctis progénies orta paréntibus,
 Ætérnas ad opes, prædia réspuens,
 Alta mente volat; nec métuit Deo
 Vitam fündere nóbilem.
 Artus conspícuos vílibus éruit
 Antistes túmulis: flúmine sanguinis
 Tellus tota madet; quin húmeris caput
 Avúlsum prope cérritur.
 Incorrúpta patent córpora Mártyrum,
 Quos tu condíderas, o Deus, in sinu:
 Reginæ rábies comprímitur ferox,
 Et se Religio probat.
 Tunc migrant érebi monstra treméntia:
 Morbi diffúgiunt: lumínibus gravis
 Caligo, férerum qua micat, excidit,
 Et lux prima revértitur.

Patri máxima laus, máxima Filio;
 Amborúmque tibi máxima Spíritus,
 Qui sacros púgiles martyrio litans
 Ad palmas simul évehis. Amen.



DIE XXVIII. JUNII

S. IRENÆI, EPISCOPI ET MARTYRIS

AD VESPERAS ET MATUTINUM

In tono 4º Iste Conféssor, pro Doctòribus.

Quod jubar Gallis Oriénte transfers,
 Quosve thesáuros, Irenæe, præstas,
 Dum tibi tradit Polycárpus almi
 Verba Joánnis!

Póthino primum datus adminíster,
 Súblevas longo sénio gravátum.
 Martyr occúmbit : daris & supérni
 Múneris hæres.

Præsulem factum novus ardor urit :
 Hæreses pellis, simulácræ sternis ;
 Dum rogas pacem, metuénda ponit
 Fúlmina Victòr.

Pro fide certas, novitatis expers ;
 Erudit per te sacra nos Vetústas :
 Scripta transmittis sine labe seros
 Usque nepotes.

Inde quam puris satiámur undis !
 Límpidos nescit violáre fontes
 Error : ætérnæ Sedis asserúntur
 Jura per orbem.

In Dei sanctos furit ut tyránnus,
 Primus ad pugnam curris, Irenæe ;
 Voce quæ pastor documénta tradis,
 Sanguine firmas.

Sit tibi, spreta nece, quæ triúmpho
 Præsulem sanctum décoras perénni,
 Trinitas unus Deus, una cunctis
 Glória sæclis. Amen.



DIE XI. JULII

IN TRANSLATIONE S. P. BENEDICTI

- 55 - AD VESPERAS ET MATUTINUM

III.

C LARIS conjúbi-la, Gálli-a, láudibus, Læ-té-

ris Benedícti Patris óssibus : Fe- lix, quæ grémi-o

cóndi-ta própri-o Servas membra ce- lébri-a.

MIRIS I-tá-li-a fúlserat áctibus : Gallos irrádi- at

córpore mórtu-us, Signis ad túmu-lum crébri-us

é-mi-cat, Illústrans pátri-am novam.

Hinc vatum véterum facta resuscitat,
Morti quod libuit mórtuuus ímperat,
Exstíctum pròpriis óssibus éxcitat :

O quam mira poténtia !

Jam cœlo résidens, o Pater óptime,
Divinis fámulos imbue régulis,
Angústum per iter scàndere lárgiens,
Dona regna perénnia.

Cunctórum dóminans omnipoténtia,
Tu, qui sede poli cónspicis ómnia,
Psalléntum plácide súscipe cántica
Votis, voce precántia. Amen.

*Hymni Completorii & Horarum, & per totam Octavam
Hymni ejusdem metri, cantantur in tono solemni Jesu coróna
célsior, de Communi Confessorum, p. 128.*

AD LAUDES

In tono Láudibus cives, ut die XXI. Martii, p. 165.

INTER ætérnas Súperum corónas,
Quas sacro partas rétinent agóne,
Emicas celsis méritis corúscus,
O Benedícte.

Sancta te compsit puerum senéctus,
Nil sibi de te rápuit volúptas,
Aruit mundi tibi flos ad alta
Mente leváto.

Hinc fuga lapsus, pátriam, paréntes
Déseris, fervens némorum colónus,
Edomas carnem, subigísque Christo
Tortor acérbus.

Ne diu tutus látebras fovéres,
Signa te produnt óperum piórum,
Spárgitur felix céleri per orbem
Fama volátu.

Glória Patri, genitæque Proli,
 Et tibi compar utriusque semper,
 Spíritus alme, Deus unus, omni
 Tēmpore sæcli. Amen.

DIE XIX JULII.

S. VINCENTII A PAULO, CONFESSORIS

- 81 -

AD VESPERAS

VI.

The musical notation consists of six staves of Gregorian chant in common time. The first staff begins with a large capital letter 'Q'. The lyrics are written below the staves. The notation uses square neumes on four-line red staves.

Quis novus cœlis ági-tur tri- úmphus? Cœ-li-
 tum plausum comitémur hymnis : Ecce lux cle-ri

Pa-ter indigéntum Æthe-re splendet.

Facta, Vincénti, tua te perórnant;
 Cháritas aptat cápti corónam;
 Teque, quam terris húmiliis parásti,
 Glória vestit.

Quam rudes olim pópulos docébas,
 Véritas nunc se tibi tota pandit;
 Páuperi quidquid pia dextra fudit,
 Reddit Olympus.

Te sacerdótes vel adhuc magístro
 Optimum Christi réferunt odórem :
 Púllulat per te sacra lætióri
 Vínea fætu.

Sed tibi quantum decus elabórant
 Vírgines castæ, sociæque matres?


Páuperum gaudent, duce te, fidéles
Esse ministræ.

Corde qui prono míseros levábas,
Disce nunc votis hóminum rogári :
Te suum clamant ínopes, amíca
Turba, patrónum.

Summus ætérno sit honos Parénti;
Par decus Nato míseros levánti;
Sancte, sit compar tibi laus per omne,
Spíritus, ævum. Amen.

- 82 -

AD MATUTINUM

III. 

Oqui supérnæ gáudi- a pátri-æ Haustu per-
énni plé- ni- us ébibis, Ne sperne, Vincénti, tu-
rórum Vo-ta, preces, gémi-tus cli- éntum.

Futúrus olim paupéribus pater
Discis vel infans paupériem pati :

Præstantiôres transitûris
Divítias tibi Christus offert.

Vinclis onústus, tartáreis herum
Solvis caténis , hinc tibi rédditus,

Noxis ligátos quot salúti
Restítuis, subigisque Christo !

Latére gestis; spléndida non sinit
Latére virtus : Régia te vocat :
Arcána tractas sacra regum,
Consilio monitisque prodes.

Doctrína puris édita fóntibus,
 Pervérsa constans dógmata résput :
 Scuto retúndis veritátis
 Mille malas novitátis artes.
 Laus summa Patri, summáque Fílio ;
 Compar tibi sit glória, Spíritus :
 A se vocátos roboránti
 Summus honor Dómino per ævum. Amen.

AD LAUDES

In tono communi Jesu coróna célsior, p. 128.

Ut nunc ab alto prævia Nos luce, Vincénti, regis ! Virtútis exémplo tuæ Ad astra signas trámitem. Dilécta sponso vírginum, Corpus sacrávit cástitas : Ornáre virtútum chorus Mentem pudicam géstit. Hinc illa, qua te déprimis, Sibi timens modéstia : Hinc blanda morum lénitas, Vitæque candor simplicis. Sed inter omnes émicas, Quo fervet igne, cháritas : Quot illa pascit páuperes ! Quot corda Christo súbjicit !	Ardénte zelo pércitus, Late Dei mystéria Per rura pandis : nec tamen Curam poténtum déseris. Te sensit error íntegra Dolos repulsántem fide : Te sensit infénum scelus, Tibique cessit ímpotens. Pii labóris æmulam Prolem sub alis cóngregas : Hanc voce, factis, móribus, Dux & magíster édoces. Qui se perénnne præmium Dat charítate férvidis, Uni sit & trino Deo Laus & perénnis glória. Amen.
--	---



DIE XIII. AUGUSTI

S. RADEGUNDIS, REGINÆ ET VIDUÆ

- 80 - AD VESPERAS ET MATUTINUM

II.

REGLI de stirpe, potens Radegündes in or-
 be, Alte-ra cui cœlis regna tenénda manent.
 Despi-ci-ens mundum, me-ru-ísti acquí-re-re
 Christum ; Et dum clausa la-tes, hinc super astra
 vides. Gáudi-a terréni concúlcas nóxi-a regni,
 Ut pláce-as Regi læ-ta, favénte po-lo. Sic an-
 gústa tenes, quo cœ-los lárgi-or intres : Diffún-



dens lácrymas, gáudi-a ve-ra me-tes. Et corpus
 crúci- as, ánimam je-júni- a pascunt : Salve, quam
 Dóminus servat amóre su-us. Glóri- a summa Pa-
 tri, compar sit glóri- a Na-to ; Laus & in æ-tér-
 num, Spí-ri-tus alme, tibi. Amen.

DIE XX. AUGUSTI

Suppl. M.

S. BERNARDI, ABBATIS ET DOCTORIS
AD VESPERAS ET MATUTINUM

In tono Quem terra, pontus, æthera, ratione Octavæ Assumptionis B. M. V.; alias, in tono solito Confessorum.

JAM Regína discúbuit,
Sedens post Unigénitum :
Nardus odórem tribuit,
Bernárdus tradens spíritum.

Dulcis Reginæ gústui
Fructus sui suávitás :

Dulcis ejus olfáctui
Nardi Bernárdi sánctitas.
Venit Sponsa de Libano
Coronánda divínitus,
Ut Bernárdus de clíbano
Veniret Sancti Spíritus.

Quæ est ista progrédiens
Velut auróra rútilans?
Quis est iste transiliens
Colles, sanctis conjúbilans?
Hæc glória terribilis
Sicut castrórum ácies :
Hic grátia mirábilis
Ut Assuéri fácies.

Ora pro nobis Dóminum,
Prædúlcis fumi vírgula :
Inclína Patrem lúminum,
Pastor ardens ut fácula.
Sit Trinitati glória,
Per quam triúmphus Vírginis
Et Bernárdi felicitas
Manent in cœli cùria. Amen.

AD LAUDES

In tono Tibi, Christe, splendor Patris, e Festo S. Michaelis, p. 75.

LACTE quondam profluéntes,
Ite, montes, vos procul;
Ite, colles, fusa quondam
Unde mellis flúmina;
Israel, jactáre late
Manna priscum désine.
Ecce cujus corde sudant,
Cujus ore prófluent
Dulcióres lacte fontes,
Mellis amnes æmuli :
Ore tanto, corde tanto
Manna nullum dúlcius.
Quæris unde duxit ortum
Tanta lactis cópia;
Unde favus, unde prompta
Tanta mellis suávitás;
Unde tantum manna fluxit,
Unde tot dulcédines.

Laetis imbræ Virgo fudit
Cœlitus puérpera :
Mellis amnes os leónis
Excitávit mórtui :
Manna sylvæ, cœlitumque
Solitudo próxima.
Doctor o Bernárde, tantis
Aucte cœli dótibus,
Laetis hujus, mellis hujus,
Fundे rores désuper ;
Fundе stillas, pleniore
Jam potitus gúrgite.
Summa summo laus Pa-
rénti,
Summa laus & Filio :
Par tibi sit, Sancte, manans
Ex utróque, Spíritus ;
Ut fuit, nunc & per ævum
Compar semper glória. Amen.





DIE XXV. AUGUSTI

S. LUDOVICI, REGIS ET CONFESSORIS
AD MATUTINUM

In eodem tono ac Hymnus Laudum.

Rex summe regum, qui poténti númine,
Quo sunt créata, regna nutu dividis;
Dum thure fumant templa, voce pésonant,
Audi profússas regis in laudem preces.

Nascens in ipsa Ludovícus púrpura,
Sceptris avítis parvus ádmovet manus;
Piæque ductu matris, ignárus mali,
Servire Christo discit, ántequam regat.

Justi sevérus cultor, urbes légitibus,
Amóre cives cótinens, hostes metu :
Pietáte cœlum flectit, aras éxitat;
Deóque templa, tecta nudis érigit.

Mox christiáni serus ultor sanguinis,
Eménsus æquor, inque littus bárbarum
Vexilla pandens, urget armis ímpios,
Unóque vitam pro Deo paciscitur.


Sit Trinitáti sempítérrna glória,
Honor, potéstas atque jubilátio,
In unitáte, quæ gubérnans ómnia,
Per cuncta regnat sæculórum sæcula. Amen.

- 83 - AD LAUDES ET SECUNDAS VESPERAS

VI.

T E, sancte, rursus, Ludoví-ce, prœ-li-a Di-

vína poscunt : tu crucis clavum tenens, Spe-íque



Vincis cadéndo : mors tibi victóriam
Aufert & addit : corpus hic palmæ tegunt
Nondum sepúltum ; sed triúmpho nóbili
Cœlum parátur, & corónis sídera.

Tuus patérnæ rédditus terræ cinis
Regnum tuétur, dum throno præsens Dei,
Ætéerna regnans pascis inter lília,
Favénsque blando nostra cernis lúmine.

Sit Trinitati sempitérna glória,
Honor, potéstanas atque jubilatio,
In unitáte quæ gubérnans ómnia,
Per cuncta regnat sæculórum sæcula. Amen.




DIE XXII. SEPTEMBRIS

SS. MAURICII ET SOCIORUM, MARTYRUM

- 84 - AD VESPERAS ET MATUTINUM

VII.

Quid truces i-ras ácu-it ? quid ille Crími-
num vindex monet appa-rá-tus ? Unde funésti só-



ni-tum dedé-re Clássi-ca bel-li ?

Inclytos miles méritus triúmphos
Póscitur letho : caput & decóra
Láurea dignum violáre certat
Bárbarus ensis.

At tuis quotquot famulántur aris,
Christe, pro vili réputant honóres;
Nec timent dulcem melióre vitam
Pérdere fato.

Impios horret sacra turba ritus,
Núminum larvas, simulácrá ridet
Vana, nec muto sua ferre thura
Sústinet auro.

Instat illúsi fera vox tyránni,
Arma conclámat : fúriis satéllés
Obsequens, ferrum rapit, & cruénta
Fúnera miscet.

Ecce jam denso cécidit sub iétu
Dena pars sanctæ legiónis, atque
Tinxit effuso Rhódani tuméntes
Sánguine fluctus.

Crescit hinc cunctis novus ardor, omnes
Ambiunt palmæ decus invidéndæ :
Una sors totam túmulo catérvam
Condit in uno.

Æqua sit Patri, sit & æqua Nato,
Par tibi sit laus, Amor utriúsque :
Milites sancti Triadem celébrent
Omne per ævum. Amen.

AD LAUDES

VII.

AGAUNENSIS seges alma campi, Quam
 sécat di-ri gládi- us tyránni : Ube-ri sed quam
 cúmu-lo recóndunt Hórre- a cœ-li.

Ipse torréntes Rhódanus cruéntos
 Alveo jungi stupet, ac rubéscens
 Púrpuras regum pretiósus alto
 Déspicit amne.

Una si tantum Súperis refúndit
 Gáudium laurus, subeúnte tanta
 Messe palmárum coit in triúmphos
 Cúria cœli.

Máurici princeps, sociique cuncti,
 Alba gens Agnum cómitans ubique,
 Nostra, fac, Agni cruor innocéntis
 Crímina mundet.

Fac ut inféni láqueis recísis,
 Nos greges inter númeret suórum,
 Quem Deum sanctum Séraphim perénni
 Voce salútant.

Laus Deo, virtus, honor & potéstan,
 Quem poli summo sólio sedéntem,
 Mártirum cœtus pósitus adórat
 Rite corónis. Amen.

DIE I. OCTOBRIS

S. REMIGII, EPISCOPI ET CONFESSORIS

AD VESPERAS ET MATUTINUM

In tono solemni Jesu Redemptor, de Communi, p. 127.

INSIGNE Francórum jubar,
 Qui Clodovæum príncipem
 Tuis piásti fóntibus,
 Te nunc, Remígi, pángimus :
 Gens Franca mortáles deos,
 Te prædicánte, résput,
 Monstránte te cœli viam,
 Uni Deo se cónsecrat :
 Natális augústo die
 Quo Christus astris pródiit,
 Infers nova viéctória
 Castris Dei tot mílites.

Mitis Sicámbér vérticem
 Cervíce flexa déjicit :
 Quod trádidit flammis, colit,
 Et quod colébat, ábjicit.
 Altíssimo per te Deo
 Grates perénnes sólvimus,
 Qui nos tuis labóribus
 Verbísque collústrat fide.
 Deo Patri sit glória,
 Par Filio, par Flámini,
 Quo dante, regnum Gálliæ
 Suscépit antiquam fidem.
 Amen.

DIE V. OCTOBRIS

Br. M.


SS. PLACIDI ET SOCIORUM, MM.

AD PRIMAS VESPERAS

Tonus sequens servatur ad Matutinum & Laudes.

II.

EPTENNIS Pláci-dus, quem pa-ter óbtu-lit,
 Illibá-ta De-o sísti-tur hósti-a, Et tyrocí-ni-i



jam decus íncly-tum, Exémplar da-tur æmu-lis.

Abbáti dócilis, fíctile vásulum
Immittens in aquas, párvulus ámphoram
Incáutus séquitur, littora déserit,

Demérsus fere flúctibus.

Quo sic, Maure, lacus dum teris æquora,
Gressus accéleras? O vir obédiens,
Insuétum per iter vox te pii Patris

Ad magnália dírigit.

Raptum restituit mox Plácidum lacus :
Sed cujus méritis? Maurus an abstulit,
Nursinúsve Pater gúrgitis e sinu?

Solvit quæsita párvulus.

Præsta, summa Trias, per Placidi preces,
Angústo móñachi trámite Régulæ
Cœlórum próperent átria cónsequi,
Immixti Súperum chorùm. Amen.

AD MATUTINUM

NUNC ad Sicélidem míttitur ínsulam,
Ut late páteant dógmata Régulæ :
Matúro júveni tradit eam Pater,
Et committit ovília.

Lætántes móñachi Patris imáginem
Spectant conspícuam filii in áctibus :
Vitis consérvit pálmitæ flórido,
Per tantæ sóbolis manus.

Mirándis Plácidus dótibus émicat :
Urbs Messána pio gáudeat hóspite,
Qui, virtúte potens, máxima dum facit,
Laudum nil sibi víndicat.

Confríngit Zábuli tela supérbiæ ;
Firmat discípulos, órdinat ágmina :

Ter deni, Plácido sub duce, mīlites
Christi prælia sústinent.

Præsta, summa Trias, per Plácidí preces,
Angústo móñachi trámite Régulæ
Cœlórum próperent átria cónsequi,
Immíxti Súperum choris. Amen.

AD LAUDES ET SECUNDAS VESPERAS

PUGNÆ tempus adest, Martyr & Ordinis
Floret primigenus. Militiæ novæ
Princeps, jam própera, pande viam tuis,
Dignum magnánimis iter.

En germána tibi Flávia mittitur,
Consors martyrii, dupliciter soror :
Victorínus adest, Eutychius simul,
Tecum per stádium volant.

Hos contra Mánucham, túrbine pérfido,
In littus Sículum projiciunt freta :
Pastórem Plácidum bárbarus ísequens
Turbat Christiadum gregem.

Ut Christum rénuant, ártibus írritis,
Vanas spondet opes falsáque gáudia,
Clamans ore minax : Múnera spérnitis,
Vecórdes moriémini.

Crebra, cum sóciis, grándine vérberum
Torquéatur Plácidus : vocis & órgano
Præciso lóquitur, nec célebrat minus
Laudes altísonas Dei.

Cives Angélici, pándite jánuas,
Læti vestra petunt mœnia Mátyres :
Dux præcédit ovans ágmina láureis
Circumcíncta rubéntibus.

Præsta, summa Trias, per Plácidí preces,
Angústo móñachi trámite Régulæ
Cœlórum próperent átria cónsequi,
Immíxti Súperum choris. Amen.

DIE IX. OCTOBRIS

SS. DIONYSII ET SOCIORUM, MARTYRUM

AD VESPERAS ET MATUTINUM

In tono Rex gloriōse Mártyrum, p. 122.

FORTEM fidélem mílitem,
Cæli secútum príncipem,
Dionysium Mártyrem
Plebs corde, voce pésonet.

Cleménte Roma præsule,
Ab Urbe missus ádfuit,
Verbi supérfi séminis
Ut fructus esset Gálliæ.

Opus sacrátum cónstruit,
Fidem docet baptísmatis :
Sed audiéntum cæcitas
Munus repéllit séminis.

Instántē sacro Antistite
Erróre plebem sólvere,
Dum spem salútis íngerit,
Torménta mortis íncidit.

Corréptus a gentílibus,
Pro Christo colla trádidit :
Dilectiōnem péctoris,
Cervice cæsa, pródidit.

Magnus Sacérdos, qui dabat
Templi sacráta múnera,
Fuso béato sanguine
Est factus ipse víctima.

Felix pio de vulnere,
Quæ poena palmam præbuit !
Qui morte mortem cónteris,
Cœlum tenes cum sóciis.

Glória sit Deo Patri,
Glória Unigénito,
Una cum Sancto Spíritu,
In sempitérna sæcula. Amen.

DIE XXIV. OCTOBRIS

S. RAPHAELIS, ARCHANGELI

AD VESPERAS ET MATUTINUM Suppl. R.

In tono Tibi, Christe, splendor Patris, e festo S. Michaelis, p. 75.

TIBI, Christe, splendor Patris,
Vita, virtus cōrdium,
In conspéctu Angelórum
Votis, voce psállimus,
Alternántes concrepándo,
Melos damus vócibus.


Collaudámus venerántes
Omnes cœli príncipes :
Sed præcipue fidélem
Médicum & cómitem,
Raphaélem, in virtúte
Alligántem dæmonem.



Quo custóde procul pelle,
 Rex, Christe, piíssime,
 Omne nefas inimíci,
 Mundo corde & córpore;
 Paradíso redde tuo
 Nos sola cleméntia.

Glóriam Patri melódis
 Personémus vócibus;
 Glóriam Christo canámus,
 Glóriam Paráclito,
 Qui trinus & unus Deus
 Exstat ante sæcula. Amen.

- 44 -

AD LAUDES

V. 

D IVINE ductor, Rápha-el, Hymnum bení-

 gnus súscipe, Quem nos canéndo súppli-ces, Læ-

 tis sacrámus vócibus.

Cursum salútis dirige,
 Gressúsque nostros prómove;
 Ne quando abérrent dévii,
 Cœli relícto trámite.

Tu nos ab alto résponce :
 Lucem micántem désuper,
 A Patre sancto lúminum,
 Nostris refúndas méntibus.

Ægris medélam perfice,
 Cæcísque noctem díscute :
 Morbos fugándo córporum,
 Dona vigórem córdibus.

Adstans supérno Júdici,
 Causam peróra críminum ;
 Irámque mulce vindicem,
 Fidus rogátor Núminis.

Magni resúmptor prælia,
 Hostem supérbum déprime :
 Contra rebélles spíritus
 Da robur, auge grátiam.

Deo Patri sit glória,
 Ejúsque soli Filio,
 Cum Spíritu Paráclito,
 Et nunc, & in perpétuum.
 Amen.

DIE XXX. OCTOBRIS

Br. M.

IN FESTO SS. RELIQUIARUM
 QUÆ IN ECCLESIIS O. N. ASSERVANTUR
 AD VESPERAS ET MATUTINUM

In tono Sanctórum méritis, de Communi Plurimorum Martyrum, p. 119.

O vos, unánimes Christiadum chori,
 Sanctórum túmulos & cíneres Patrum,
 Charas exúrias, pígnora Cœlitum
 Lætis dícite cántibus.

Cœlo quando piis æqua labóribus
 Felices ánimæ gáudia póssident,
 Pœnárumb sòciis débita rédditur
 Hic laus & decus óssibus.

Passim sparsa Deus, pollícti memor
 Custos, ne péreant, pígnora colligit;
 Electósque suis próvidus ággerit
 Aptándos lápides locis.

Quin & rellíquias, & túmulos sibi
 Aras ipse Deus cónsecrat hóstia;
 Conjungénsque suis se caput ártubus,
 Hos secum simul immolat.

Vos, quorum cíneres supplicibus pia,
 Tutum præsidium, plebs colit ósculis,
 Si vos nostra movent, subsidium boni
 Vestris fertे cliéntibus.

Ut cum nostra novis spléndida dótibus
 Surget juncta choris spirituum caro,
 Indivisa Trias sit Deus ómnia
 Nobis semper in ómnibus. Amen.

¶ In cæteris Congregationibus hic Hymnus ponitur ad Laudes.

Vosque de cœlo sóboli benignum
Ferte juvámen.
Fac ut illórum prémibus juvémur,
Christe; fac Patrem, paritérque tecum
Spiritum jugi celebrémus hymno
Omne per ævum. Amen.

AD LAUDES

In tono solemni Jesu Redémptor, *de Communi*, p. 127.

SALVETE, magni Præsules,	Nunc ejus elec̄tissima
Tellúris olim gérmina,	Gaudétis inter pignora.
Nunc e supérno littore	Vobis nihil cum lácymis,
Nostris favéte cánticis.	Nihil modo cum flétibus;
Aulæ Dei vos præsides,	Sed ínclytis victóriis
Vos & patres fidélium,	Inter triúmphos pláuditis.
Vos miltum Christi duces,	Vítóne, Pastor óptime,
Sanctæque legis nuntii.	Hydúlphe, Præsul ínclyte,
Quondam tulistis ímpios	Vestrís opem nepótibus
Mundi furéntis ímpetus;	Afférte supplicántibus.
Intérque vires tárta	Sit, Christe Rex piíssime,
Rigástis ora flétibus.	Tibi, Patrique glória,
Servi fidéles máximi	Cum Spíritu Paráclito,
Fuistis olim Núminis;	Et nunc, & in perpétuum.

Amen.



DIE XI. NOVEMBRIS

S. MARTINI, EPISC. & CONF.

AD VESPERAS, *Hymmus Iste Confessor Dómini, de Communi, in tono solemni*, p. 125.

Hymni ad Completorium, Matutinum, Laudes & Horas, item per totam Octavam Hymni ejusdem metri, quibus proprius cantus non assignatur, cantantur in tono solemniori de Communi Pontificum, ut infra.

AD MATUTINUM

IV.

R Ex Chri-ste, Martíni decus, Hic laus tu-a,
 tu illí-us : Tu nos in hunc te có-le-re, Quin
 ipsum in te tríbu-e.

Qui das per orbis cárdenes,
 Quod gemma fulget Præsu-lum;
 Da, quos premunt culpæ gra-
 ves,
 Solvat per ingens méritum.
 En pauper hic & módicus
 Cœlum dives ingréditur;
 Cœli cohórtes óbviant,

Linguæ, tribus, gentes ovant.
 Ut vita, fulget tránsitus,
 Cœlis & arvo spléndidus;
 Gaudére cunctis pium est,
 Cunctis salus sit hæc dies.
 Sit Trinitati glória,
 Martínus ut conféssus est;
 Cujus fidem per ópera
 In nos & ipse róboret. Amen.

AD LAUDES

MARTINE, par Apóstolis,
 Festum coléntes tu fove;
 Qui vívere discípulis
 Vis, aut mori, nos résponce.
 Fac nunc quod olim gésseras,
 Tu Præsules clarifica,
 Auge decus Ecclésiæ,
 Fraudes relide Sátanæ.
 Qui ter chaos evísceras,
 Mersos reátu súscita :

Divíseras ut chlámydem,
 Nos índue justitiam.
 Ut speciális glóriæ
 Quondam recordérís tuæ,
 Monástico nunc Ordini,
 Jam pene lapso, súbveni.
 Sit Trinitati glória,
 Martínus ut conféssus est;
 Cujus fidem per ópera
 In nos & ipse róboret. Amen.



DIE XIII. NOVEMBRIS

IN FESTO OMNIUM SANCTORUM O. N.

- 56 -

AD VESPERAS

In tono sequenti cantantur Hymni ad omnes Horas.

VIII.

A - VETE, so-li-tú-di-nis Claustrique mi-tes
 íncolæ, Qui pertu-lístis ímpi-os Cœtus fu-rén-
 tis tártá-ri.

Gemmas & auri póndera,
 Et dignitátum cùlmina
 Calcástis, & foedíssima,
 Quæ mundus offert, gáudia.

Vobis olus cibária
 Fuére, vel legúmina,
 Potúmque lympha præbuit,
 Humúsque dura léctulum.

Vixistis inter áspides,
 Sævisque cum dracónibus,

Porténta nec tetérrima
 Vos terruérē dæmonum.
 Rebus procul mortálibus
 Mens avolábat férvida,
 Divúmque juncta cœtui,
 Hærébat inter sidera.

Summo Parénti cœlitum,
 Magnæque Proli Virginis,
 Sancto simul Paráclito,
 Sit summa laus & glória.
 Amen.

AD MATUTINUM

Suppl. M.

JESU, coróna cœlitum
 María, cœli gáudium,

Deo fruéntes Angeli,
 Audite vota súpplicum.

Vos, Patriarchárum chori,
Vatúmque turmæ nóbiles,
Vos príncipes Apóstoli,
Vos purpuráti Mártyres.

Vos, juncta Confessóribus
Amœna castra Vírginum,
Anachoritárum greges,
Nostris favéte pláusibus.

Vestrís enim concívibus,
Nostram proféssis Régulam,

Hæc jubilántis Ordinis
Dicáta sunt solémnia.
His ínclytis paréntibus
Congratulámur filii,
Illústre quos consórtium
Vestri beat collégii.

Sit laus Patri, cum Filio,
Et utriúsque Flámini,
Quos vestra felix cívitas
Hymno celebrat pérpeti.
Amen.

*¶ Alibi dicuntur prima & duæ ultimæ strobæ Hymni Jesu,
Salvátor sæculi, e Festo Omnim Sanctorum ad Laudes, p. 109.*

AD LAUDES

Suppl. M.

SALVETE, Cedri Libani,
Plantæ viréntes Ordinis,
Quæ prata nunc cœlestia
Implétis almo gérmine.

Vos Trinitatis glória
Ætéerna circumpléctitur :
Vos aura Matris Vírginis
Mulcet piis favóniis.

Vos Angelórum cùriæ
Cingunt choréa pérpetim,

Et irrigant puríssimi
Æternitatis rivuli.

O ínclytæ propágines,
Vestros juváte filios :
In valle mœsta débiles
Nos roboráte súrculos.
Sit laus Patri, cum Filio,
Simúlque dulci Flámini :
Læti quibúscum vivitis
In sempitérno lúmine. Amen.

*¶ Alibi dicitur Hymnus Rex glorióse Mártyrum, de Communi
plurimorum Martyrum, p. 122.*





DIE XVII. NOVEMBRIS

S. GERTRUDIS MAGNÆ, VIRGINIS

- 46 -

AD VESPERAS

In tono sequenti cantantur Hymni ad Completorium & Horas.

VI.

GERTRU-DIS, arca Nú- mi-nis, Sponsóque
juncta Vírginum, Da nupti- á-lis pánge-re
Castos amóres fœde-ris.

Quadríma Christo núbilis
In claustra prompte cónvolas;
Spretóque nutrícis sinu,
Sponsi requíris óscula.

Candéntis instar lilií
Odóre mulces sídera,
Et virgináli cœlitum
Regem decóre pétrahis.

Qui vivit in sinu Patris
Cinctus perénni glória,
Amánter, ut sponsus, tua
Recúmbit inter úbera.

Amóre Christum vúlneras;
Hic te vicíssim vúlnerat,
Tuóque cordi própria
Inúrit alte stigmata.

O singuláris cháritas,
Et mira commutátio!
Hic corde respírat tuo :
Tu vivis hujus spíritu.

Te, sponse Jesu vírginum,
Beáta laudent ágmmina;
Patri, simul Paráclito,
Par sit per ævum glória.
Amen.

AD MATUTINUM

In tono Fráncicæ lumen, e festo S. Mauri, p. 150.

MIRA nocturnis, modulante lingua,
Gesta Gertrudis celebrémus horis,
Quæ sacris instans precibus, perégit
Témpora noctis.

Illius votis Deus obsecundans,
Nunc repentina pluvias profudit,
Moxque suspensos grávidis coérget
Núbibus imbres.

Arva jam dudum glacie rigébant,
Corde cum mœsto miserans colónos,
Férvidis Virgo lacrymis resolvit
Frígora brumæ.

Ne seges largo vitiétur imbre,
Sédulis cœlum precibus serénat,
Et graves læsi gemebunda placat
Núminis iras.

Igneis mentes pénétrat sagittis,
Lánguidis confert ánimis medélam,
Atque succéndit sceleráta castis
Péctora flammis.

Virginum Sponsum, superumque Regem
Virginum sanctæ célebrent choræ,
Et sacram supplex Triadem per ævum
Orbis adóret. Amen.

AD LAUDES

In tono Láudibus cives, e festo S. Benedicti, p. 165.

Ad sacros Virgo thálamos anhélans,
Nuptias cœlo celebrare gestit,
Et piis votis nímium morántem
Próvacat horam.

Ægra cum languet, manifestus adstat
Cœlitum turma comitante Christus,

Atque divini récreat jacéntem
Lúmine vultus.

Surge, conclámat, soror atque sponsa,
En tibi pando penetrále cordis,
Ut triumpháli reseráta scandas
Sídera curru.

Ista vox omnes pénétrat medúllas
Atque compágnes ánnimi resolvit :
Spíritus liber volat in reclúsa
Viscera Christi.

Régios Agni thálamos peténtem
Júbilans stipat súperum coróna,
Atque compléxus & amíca cantat
Oscula Sponsi.

Vírginum Sponsum, superúmque Regem
Vírginum sanctæ célebrent choréæ,
Et sacram supplex Triádem per ævum
Orbis adóret. Amen.



DIE XVIII. NOVEMBRIS

IN FESTO S. ODONIS, ABBATIS

- 45 -

AD VESPERAS

Idem cantus servatur ad Matutinum & Laudes.

IV.

V Ocibus læ-tis tu-a festa pangat, Odo, psal-
lentum pi-a turba fratum : Ordi-nis cla-ri Pa-
ter, has benigne Súscipe laudes.

Præsuli magno Túronum vovéris :
 Te sacerdótum rádians adóptat
 Gemma Martínus, nítidis cliéntem
 Dótibus ornat.

Sæculo nondum licet expedítus
 Jamque Nursinæ studet Odo legi,
 Et jugum præfert monachále, Christo
 Sub duce currens.

Clastra dum mores pénétrant profáni,
 Régulæ vinclis sápiens magíster
 Sub sacra lege rétinens rebélles,
 Frænat habénis.

Cóngregat fratres régimen sub unum,
 Fit Pater magnam sóbolem gubérnans;
 Et greges tendunt ad ovile multi
 CluniacéNSE.

Te, Deus, mundi moderátor alme,
 Cóncinant juncti mónachis fidéles :
 Voce solémni Tríadi résultent
 Cántica laudis. Amen.

*Hymni Completorii & Horarum cantantur in tono solemni
 Jesu, Redémptor ómnium, ratione Octavæ S. Martini.*

AD MATUTINUM

NON profanórum sínitur vagári
 Per vias Odo; pede concítato
 Prótinus Christum séquitur vocántem,
 Térrea spernens.

Prójicit vanæ sóphiæ venéna :
 Litteris sacris óperam, magístro
 Spíritu Sancto, dare gestit, ejus
 Múnere dives.

Pransus a mensa revocáris, Odo :
 Prómptrior pares, humilique dextra
 Exhibes micas : sed apérta fulget
 Déxtera gemmis.

Castra dum figis, furi hostis ater :
 Arma, bellátor, tua ne repónas :
 Eia ! sanctórum per iter fidélis
 Currere pergas.

Advolant tecum quibus indicásti
 Sémitam vitæ, simul ut corónam
 Cómparent quæ non veteráscoit ullo
 Témporis esu.

Te, Deus, mundi moderátor alme,
 Cóncinant juncti mónachis fidéles :
 Voce solémni Triadi resúltent
 Cántica laudis. Amen.

AD LAUDES

EN pedum gestans & ovile ducens
 Odo, pastórum decus, enitéscit :
 Hoc greges intrant duce gestiéntes
 Pásqua vitæ.

Páuperum claret pater & juvámen ;
 Ullus abscédat vácus dolénsve
 E monastéri fóribus repúlsus,
 Non sinit Odo.

Signa, per gentes properánte fama,
 Mira te produnt méritis poténtem :
 Gálliæ nostræ decus & colúmna,
 O Pater, adstas.

Roma te notum récipit triúmphans :
 Póntifex munus tibi credit, Odo,
 Inclytum, per te domus ut regátur
 Spléndida Pauli.

Te, Deus, mundi moderátor alme,
 Cóncinant juncti mónachis fidéles :
 Voce solémni Triadi resúltent
 Cántica laudis. Amen.



DIE XXII. NOVEMBRIS

S. CÆCILIÆ, VIRGINIS ET MARTYRIS

AD MATUTINUM

(Et ad Vesperas si dicendæ sint)

In tono Jesu, coróna Vírginum, de Communi, p. 130. Et item ad Laudes.

TERRENA cessent órgana,
Cor æstuans Cæciliæ
Cœléste fundit cáanticum,
Deóque totum júbilat.
 Dum nuptiáli nóbilis
Domus résultat gáudio,
Hæc sola tristis cándido
Gemit colúmba péctore :
 O Christe mi dulcissime,
Cui me sacrávit cháritas,
Serva pudoris íntegram,
Avérte labem córpore.
 Ovis leónem sédula
Agnum facit mitíssimum :
Hic fonte lotus mystico,
Cœlo repénte mílitat.
 Solvit Tibúrtium soror
Erróris a caligine;

Factóque fratrias ásseclæ
Ad astra pandit sémitam.
 Seges per illam plúrima
Supérrna replet hórræa :
Verbo potens, fit párticeps
Apostolórum gloriæ.
 Delápsus arce siderum
Illam tuétur Angelus ;
Rosæque mixtæ Iliis
Ambire crines géstiunt.
 Sertum rubens & cándidum
Affértur una cónjugi,
Quem castitatis æmulum
Cœlestis ardor éfficit.
 Te, sponsa, Jesu, vírginum
Beáta laudent ágmina ;
Patrique cum Paráclito
Par sit per ævum glória. Amen.

AD LAUDES

NUNC ad corónas pérgeite,
Clamat suis Cæcilia :
Mox ipsa virgo sistitur
Ad júdicis prætórium.
 Minántis iram déspicit,
Et falsa ridet númina :

Jam morte digna dúcitur
Puélla culpæ néscia.
Inclúsa perstat bálneo :
Ardent calóre fórnices :
Ast urit intus vírginem
Divínus ignis fórtior.

Intaminátam bárbarus
 Ter ense lictor pércutit :
 Scelus tamen non pérficit ;
 Christus moras dat mártiri.

Horæ suprémæ próxima,
 Deo sacrándas dévovet
 Ædes avítas, libera
 Volátque ad Agni nuptias.

Salveto, corpus mártiris,
 Diu sub antris ábditum :
 Nova refúlgens glória
 Romæ parénti rédderis.

Ne flos tenébris áreat,
 Te Virgo servat vírginum :
 Rubens cruóris púrpura,
 Stola micánte cíngeris.

Dormi silénti mármore,
 Dum sede lætus cœlica
 Indulgéty hymnis spiritus,
 Votisque dexter ánnuit.

Te, spōse, Jesu, vírginum
 Beáta laudent ágrmina ;
 Patrique cum Paráclito
 Par sit perævum glória. Amen.



IN OFFICIO S. P. N. BENEDICTI

FERIA TERTIA

*Iudem cantantur Hymni ac in Transitu ejusdem, die XXI.
 Martii, & in Hymno Vesperarum, dicitur : Aurea summi
 Benedictus arce Gaudet Olympi.*





APPENDIX

CONTINENS HYMNO^S NONNULLORUM FESTORUM

QUÆ IN MULTIS LOCIS CELEBRANDA SUNT

SUPRA VERO NON REPERIUNTUR



DIE X. DECEMBRIS

IN TRANSLATIONE ALMÆ DOMUS LAURETANÆ

AD VESPERAS, *Hymnus Ave, maris stella, ut in Festis B. M. V. per annum.*

Hymni Completorii & Horarum cantantur in tono & cum Doxologia solitis in Festis B. M. V. per annum.

AD MATUTINUM, *Hymnus Urbs Jerúsalem vel Cœlestis urbs, ut in Dedicacione Ecclesiæ, p. 136.*

AD LAUDES, *Hymnus Anguláris fundaméntum, vel Alto ex Olympi vértice, ut in Dedicacione Ecclesiæ, p. 137 & seq.*



FERIA III. POST DOM. SEPTUAGESIMÆ

DE ORATIONE D. N. J. C. IN MONTE OLIVETI

- 78 -

AD VESPERAS ET MATUTINUM

I.

A DSPICE ut Verbum Patris a supérnis Sé-

dibus clemens, & amóre flagrans, Pérdi-tis cul-



pa géni-tis medé-ri Per-git Adámi.

Flébilem mundi miserans ruínam,
Et volens nostros reparare casus
Orat, & prona véniam precáatur
Fronte Magíster.

Flúctuat secum tot acérba volvens :
Hunc, ait supplex, cálicem dolóris,
Mi Pater, transfer; tua sed volúntas,
Non mea fiat.

Cum premat tristis pavor ima cordis,
Déficit languens Dóminus : per artus
Sánguinis sudor fluit, atque guttis
Terra madescit.

At celer summo véniens Olympo
Angelus Jesum récreat jacéntem,
Cóporis vires rédeunt, novóque
Róbore surgit.

Laus, honor Patri, genitæque Proli,
Cui datum Nomen super omne nomen,
Et Paracléto decus, atque virtus,
Omne per ævum. Amen.

AD LAUDES

In tono hymni Vesperarum.

VENIT e cœlo Mediátor alto,
Quem sacri dudum cecinére vates :
Parce mœróri, lacrymísque amáris,
Filia Sion.

Attulit mortem vetus hortus, unde
Culpa prodívit; novus iste vitam
Hortus en affert, ubi nocte Jesus
Pémanet orans.

Víndicem placat Genítoris iram :
Réprimit forti jaciénda dextra
Fúlmina : occúrrit scéleri expiando
Sponte Redémptor.

Sic teret duros láqueos Avérni,
Et diu clausam reserábit aulam,
Nos ad æténi révocans beatá
Gáudia regni.

Laus, honor Patri, genitæque Proli,
Cui datum Nomen super omne nomen,
Et Paracléto decus, atque virtus
Omne per ævum. Amen.

FERIA III. POST DOM. SEXAGESIMÆ

COMMEMORATIO PASSIONIS D. N. J. C.

AD VESPERAS

In tono Jam toto súbitus vesper, de festo Septem Dolorum B. M. V., p. 102.

Mærentes óculi spárgite lácrymas,
Et luctu résonent íntima córdium,
Illátas réfero Númini ab ímpiiis
Pœnas, & fera vúlnera.

Accíncta heu ! gládiis turba satéllitum
Arréptum Dóminum fústibus ímpetit,
Nunc cædit cólaphis, nunc quatit hórridis
Divinum caput íctibus.

Haud finis scéleri : tráditur ímprobo
Christus carnífici : nec mora, bárbarus
In Regem Súperum non timet, ímpio
Ausu, vértere déxteram.

Audíte, o pópuli, Numen amábile,
Manánte ex húmeris úndique sanguine
Lictórìs rábidi sústinet ímpetum,
Et vocem premit innocens.

Quis non illácrymet ! Jam nova cóndidit
 Torménta indómitæ gentis iniquitas,
 Infigit cérebro, proh dolor ! éfferis
 Sertum véribus áasperum.

Heu crimen ! tráhitur fúnibus improbis
 Funésti Dóminus supplici ad locum,
 Illic oppétiit fúnere spíritum
 Patri restituens suo.

Passo pro miséris tam fera vúlnera
 In terris résonet débita glória ;
 Sacrúmque assidue nomen in æthera
 Humánum genus éfferat. Amen.

Hymni Completorii & Horarum cantantur in tono Vexilla Regis, p. 40, & in fine eorum dicitur :

Sit laus Patri, ac Paráclito,
 Natóque Patris único,
 Nostræ dedit qui pródigus
 Prétium salútis sanguinem. Amen.

AD MATUTINUM

In tono Adspice ut Verbum, ut supra, p. 219.

ADSPICE, infámi Deus ipse ligno
 Pendet, effuso mádidus cruóre :
 Adspice, immitti manus alma clavo
 Fínditur alte.

Hunc, velut pravi scéleris minístrum,
 Inter indígnos médium latrónes,
 Cerne : crudélis fuit ista gentis
 Dira volúntas.

Pallet heu ! vultus ; caput ecce lassum
 Fléctitur : clausis óculis Redémptor
 Spíritum sacro méritis onústum
 Fundit ab ore.

O cor, aes durum súperas, geméndo
 Ni scelus tergas : tua culpa Christum

Stípiti affixit : tua culpa morti
Súbdidit atræ.

Sit Deo æténum decus omne in ævum,
Qui pius nostri géneris Redémptor,
Críminis labem míseris nocéntem
Sánguine tersit. Amen.

AD LAUDES

In tono Vexilla Regis, p. 40.

Sævo dolórum túrbine
Jactáтур, atris óbrutus
Poenis, acérba sústinenſ
Redémptor affixus cruci.

Pedes, manúsque horribili
Clavi cruéntant vúlnere;
Cor, vultus, artus, péctora
Sacro redúndant sanguine.

Flet, orat, & clamans obit :
Cor Matris iectum cóndit :
Heu Mater! Heu Fili! dolor
Ingráta frangat péctora.

Montes, sepúlchra, saxáque
Scindúntur; arva, flúmina,
Rupes & æquor cóntremunt;
Templique velum scínditur.

Sol, luna, coelum, sídera
Plangunt, & orbis íngemit :
O vos viri, vos párvuli,
Nuptæ, puéllæ, plángite.

Adstáte mœréntes cruci,
Pedes beátos úngite,
Laváte fletu, térgite
Comis, & ore lámbite.

Tu charitátis víctima,
Ut nostra tollas crímina,
Nobis salúbri pérfici
Adoptiónem sanguine.

Nostra ergo pax, & gáudium
Sis vita, Jesu, & præmium;
Sis ductor & lux in via,
Merceſ, coróna in Pátria.

Amen.



FERIA V. POST DOM. SEXAGESIMÆ
IN FESTO REPARATIONIS INJURIARUM
SS. SACRAMENTO ILLATARUM
AD VESPERAS

*In tono O quot undis lacrymárum, e festo VII. Dolorum
B. M. V. p. 101.*

Quis dabit profunda nostro
Pectori suspiria?
Sancta nostra lugeamus
A profanis pollui,
Cœlitumque margaritam
Ante porcos prœjici.

En adhuc, cui thura spondet,
Funus Heródes parat :
Os adhuc offert dolosum,
Datque Judas óscula ;
Et manus cohors cruentas
Mittit in Jesum ferox.

Christus humánæ salútis
Digna Patris víctima,
Plebis ingrátæ pétitus
Ad necem clamóribus,
Nunc supérbam fert suórum
Manna factus náuseam.

Hymni Completorii & Horarum cantantur in tono Vexilla Regis, p. 40, & in fine eorum dicitur :

Qui júgiter Patrem rogas,
Ne perdat ultior ímpios,
Agnus Dei, sit laus tibi,
Par sit Parénti & Flámini. Amen.

Digitized by Google

AD MATUTINUM

In tono Jam toto súbitus, e festo VII. Dolorum B. M. V. p. 102.

NUNC te flebilibus concinimus modis
Nostrum dulce decus, causaque gaudii,
Præsens ipse tuis, ipse tuis cibus,
O vere Deus ábdite.

In nos larga polo dum bona défluunt,
Sæva nos pétimus stultitia polum :
Impinguatus homo dona Dei suo
Certat vincere crímine.

Numquid comméruit? vel tibi, vínea
Quid non sponte dedit, quod pótuit dare?
Uvas cultor agri sperat; inutilis
Labrúscas ager áttulit.

Hic blasphéma fremens múrmurat, hic movet
Dentes sacrilegos in Dóminum reus;
Hiç injüssus adest, mente vagus sedet
Æger, nudus, iners abit,
Ecquis finis erit? lux tua véritas
Fulgens monte sacro núbila díssipet :
Nostri dura, Deus, frígora péctoris
Dissólvat tua cháritas.

Unus tresque Deus, quam malus inquinat
Nobis corda tuæ zelus agit Domus;
Illam pande Domum, nullus ubi malus,
A qua nullus abest bonus. Amen.

AD LAUDES

In tono Vexilla Regis, p. 40.

NOVAMNE das lucem Deus,	Heu confitémur crímina :
Nos inchoáre? nec reis	Te, Christe, conculcávimus;
Jus est peténdi, nec decet	Pollútus indigne cruor
Optáre devótos tibi.	Nos morte dignos árguit.

Quos vestra non gravant
mala,
Fratérna, sancti, plágite.
O quot sacræ carnis rei!
Rei quot adsunt sanguinis!
Vorat canis sanctum Dei;
Templum profanis vel patet,
Vel non frequentatum gemit:
Quid ergo nobis vivere?
An non, ut ad Christi necem
Ne pars sit ad tantum nefas

Extinguet horrens sol diem?
Ortusne non statim cadet?
Ortum bonis solem tuum
Lucére qui jubes malis;
Disrúmpe cor durum malis,
Da pœnitens cor & bonis.
Laus pura contumeliis
Succédat æterna tibi,
Quam nos per Agnum réddere
Terra polóque da, Deus.
Amen.

FERIA VI. POST CINERES

IN FESTO S. SPINEÆ CORONÆ D. N. J. C.

AD VESPERAS ET MATUTINUM

In tono Vexilla Regis, p. 40. Et item ad Laudes.

EXITE Sion filiæ,
Regis pudicæ virgines,
Christi corónam cérnite,
Quam mater ipsa téxuit.
Horret, revúlsis crínibus,
Spinis cruentatum caput:
Et vultus ille décolor
Mortem propinquam réspicit.
Quæ terra sulcis ínvia,
Dumis rigens & séntibus,
Lugúbre munus prótolit?
Quæ sæva méssuit manus?

Christi rubescens sanguine
Aculeos mutat rosis,
Palmámq[ue] vincens fructibus,
Spina est triúmphis áptior.

Culpis satæ mortálium
Te Christe spinæ vúlnerant:
Evélle nostras córdibus,
Tuásque nostris ínsere.

Virtus, honor, laus, glória,
Deo Patri cum Filio,
Sancto simul Paráclito,
In sæculórum sæcula. Amen.

AD LAUDES

LEGIS figúris píngitur
Christi coróna nóbilis:
Impléxa spinis víctima,
Ardénsque testátur rubus.

Arcam coróna cíixerat
Mensæque sacrum círculum,
Arámque thure fúmidam
Coróna nectit ámbiens.

Christi dolórum cónscia Virtus, honor, laus, glória,
Salve coróna gloriæ, Deo Patri cum Filio,
Gemmis, & auro púlchrior, Sancto simul Paráclito,
Vincens corónas siderum. In sæculórum sæcula. Amen.

FERIA VI. POST DOM. I. QUADRAG.

IN FESTO

SS. LANCEÆ ET CLAVORUM D. N. J. C.

AD VESPERAS

In tono Custódes hóminum, p. 104.

QUÆNAM lingua tibi, o Láncea, débitas
Grates pro mérito est apta repéndere?
Christi vivificum namque áperis latus,
Unde Ecclésia násctitur.

Hæc est Heva viri de látere éxiens,
Olli membra gravis dum sopor óccupat;
Hanc quippe alter Adam, corde scaténtibus
Unda & sanguine prócreat.

O Clavi! æqua manet vos quoque grátia,
Christi quando sacris ártubus insiti,
Delétum Dómini sanguine figitis
Mortis chirógraphum Cruci.

Te Jesu, Súperi láudibus efferant,
Qui Clavórum áditus, signáque Lánceæ
In cœlo rétines, vivus ubi ímperas,
Cum Patre, atque Paráclito. Amen.

Hymni Completořii & Horarum cantantur in tono Vexilla Regis, p. 40, & in fine eorum dicitur Clavis foráto &c., ut infra ad Hymnum Matutini.

AD MATUTINUM

In tono Vexilla Regis, p. 40. Et item ad Laudes.

SALVETE Clavi, & Láncea,	Nam quot sacratis ártubus
Squalóre nuper óbsita,	Sculpsistis olim vúlnera,
Quæ mersa Christi córpori,	E tot reclúsis fóntibus
Almo rubétis sanguine.	Dona éffluunt cœlestia.
Vos ad scelus Judáica	Clavis foráto & Láncea,
Elégerat perfidia,	Jesu, tibi sit glória,
Sed in ministra gratiæ	Cum Patre, & almo Spíritu,
Vos vertit e cœlo Deus.	Nunc, & per omne sæculum.
	Amen.

*Si omissus sit Hymnus ad Vesperas, dicatur ad Matutinum,
& Hymnus Matutini conjungatur cum Hymno ad Laudes.*

AD LAUDES

TINCTAM ergo Christi sán-	Sit gressus ad malum im-
guine	potens,
Convértite in me cùspidem :	Manus nocére désinant,
Feríte cor, pedes, manus,	Omnisque corde e sáucio
Poenam a nocénte sumite.	Profanus ardor éxeat.
At, quæso, culpis débitas,	Clavis foráto, & Láncea,
Quas jure plagas figitis,	Jesu, tibi sit glória,
Cruóre divino illitæ	Cum Patre, & almo Spíritu,
Fiant medéla spíritus.	Nunc, & per omne sæculum.
	Amen.



FERIA VI. POST DOM. II. QUADRAG.

IN FESTO SACRAT. SINDONIS D. N. J. C.

AD VESPERAS .

In tono 3º Iste Conféssor p. 124.

GLORIAM sacræ celebrémus omnes
Sindonis : lætis recolámus hymnis,
Et piis votis monuménta nostræ
Certa salútis;

Quæ refert semper veneranda Sindon
Sanguine impræssis decorata signis,
Dum cruce ex alta tulit involutum
Corpus Iesu.

Reddit haec saevos animo dolores,
Quos tulit, casum miseratus Adæ,
Christus humani generis Redemptor,
Morte perempta.

Saucium ferro latus, atque palmas,
Et pedes clavis, lacerata flagris
Membra, & infixam capiti coronam
Monstrat imago.

Quis pius siccis oculis, & absque
Intimi cordis gemitu, notata
Vivaque indigne simulacra mortis
Cernere possit?

Nostra cum solum tibi Christe, culpa
Causa tantorum fuerit malorum,
Nostra debetur tibi vita : vitam
Dedimus ipsam.

Sit tibi, Fili, decus atque virtus,
Qui tuo mundum redimis cruore,
Quique cum summo Genitore, & almo
Flamine regnas. Amen.

AD MATUTINUM

In tono Vexilla Regis, p. 40.

MYSTERIUM mirabile
Hac luce nobis panditur,
Verus Dei cum Filius
Mortem cruentam sustinet.
Causam tuendo servuli,
Reique formam vestiens,
Pro servo herus suspeditur,
Pro sonete justus plectitur.

Necis manent insignia
Impræssa sacra in Síndone,
Quæ post triumphantem nobilem
Corpus cruentum involverat.
Sunt mortis haec, & tartari,
Mundiique victi insignia ;
Trophæa sunt haec inclyta
Ductoris invictissimi.

Debémus ergo hanc grátiam Christum secúti per crucem
 Nostræ salútis Víndici, Christi fruémur glória.
 Ut dæmonis contra dolos Præsta, Pater piissime,
 Hac militémus téssera. Patrique compar Unice,
 Vitæ vetüstæ mórtui, Cum Spíritu Paráclito
 Surgámus in vitam novam; Regnans per omne sæculum.
 Amen.

- 85 -

AD LAUDES

I.

Esu, dulcis amor meus, Ac si præsens sis
 ac-cédo : Te compléctor cum affé-ctu, Tu-órum

memor vúl-ne-rum.

O quam nudum hic te cerno,
 Vulnerátum, & disténtum,
 Inquinátum, involútum
 In hoc sacráto tégmine!

Salve caput cruentátum
 Spinis, cuius dulcis vultus
 Immutávit suum florem,
 Quem cœli tremit cūria.

Salve latus Salvatóris,
 Salve mitis apertúra,
 Super rosam rubicúnda,
 Medéla salutifera.

Manus sanctæ vos avéte,
 Diris clavis perforátæ :
 Ne repéllas me, Salvátor,
 De tuis sanctis pédibus.

Amen.

FERIA VI. POST DOM. III. QUADRAG.

IN FESTO SS. V. PLAGARUM D. N. J. C.

AD VESPERAS & MATUTINUM, *Hymnus* Pange lingua gloriósi,
ut in Dominica Passionis, p. 41 vel 42.

AD LAUDES, *Hymnus* Lustris sex, *ut in Dominica Passionis*,
p. 43 vel 44.

FERIA VI. POST DOM. IV. QUADRAG.

IN FESTO PRETIOS. SANGUINIS D. N. J. C.

Ut supra, p. 90 & seq.

DIE XVIII. MARTII

S. GABRIELIS, ARCHANGELI

AD VESPERAS & MATUTINUM, *Hymnus* Christe Sanctórum, *ut in festo S. Michaelis*, p. 77 vel 78.

AD LAUDES

Tonum require p. 108.

PLACARE, Christe, sérvulis,
 Quibus Patris cleméntiam
 Tuæ ad tribúnal grátiæ
 Patróna Virgo póstulat.
 Et vos beáta, per novem
 Distícta gyros, ágmina;
 Antiqua cum præsentibus,
 Futúra damna péllite.

Auférte gentem pérfidam
 Credéntium de finibus;
 Ut unus omnes únicum
 Ovíle nos Pastor regat.
 Deo Patri sit glória,
 Natóque Patris único,
 Sancto simul Paráclito,
 In sempiterna sæcula. Amen.

* Pro Congregatione Gallica vide p. 163.



FERIA VI. POST OCT. CORPORIS CHRISTI

IN FESTO SACRATISS. CORDIS D. N. J. C.

(ubi sic concessum est)

AD VESPERAS ET MATUTINUM

In tono Hymni Quicúmque Christum quæritis, p. 99, vel
Auctor beáte sæculi, p. 80. Item ad *Laudes & Horas*.

Quicumque certum quæritis
Rebus levámen áspéris :
Seu culpa mordet ánxia,
Seu pœna vos premit comes :
Jesu, qui, ut agnus innocens
Sese immolándum trádidit,
Ad cor reclúsum vúlnere,
Ad mite Cor accédite.

Auditis, ut suavíssimis
Invítet omnes vócibus?
Veníte, quos gravat labor,
Premítque pondus críminum.

Quid Corde Jesu mítius?
Jesum Cruci qui affixerant
Excúsat, & Patrem rogat,
Ne perdat ultior ímpios.

O Cor, volúptas Cœlitum
Cor fida spes mortálium,
En hisce traicti vócibus
Ad te venímus súpplices.

Tu nostra terge vúlnera
Ex te fluénte sanguine :
Tu da novum cor ómnibus,
Qui te geméntes ínvocant.

Amen.

AD LAUDES

SUMMI Paréntis Filio,
Patri futúri sæculi,
Pacis beátæ Príncipi,
Promámus ore cáanticum.

Qui vulnerátus péctore •
Amóris iustum pérkulit,
Amóris urens ignibus
Ipsum qui amántem diligunt.

Jesu, dolórís víctima,
Quis te innocéntem cómpulit,
Dura ut apértum láncea
Latus patéret vúlneri?

O fons amóris ínclyte !
O vena aquárum limpida !
O flamma adúrens crímina !
O Cordis ardens cháritas !

In corde, Jesu, júgiter
Recónde nos, ut úberi
Dono fruámur grátiae,
Cœlique tandem præmiis.

Semper Parénti, & Filio
Sit laus, honor, sit glória
Sancto simul Paráclito,
In sæculórum sæcula. Amen.

DOMINICA I. NON IMPEDITA POST FESTUM
SS. APOST. PETRI ET PAULI

COMMEM. OMN. SS. SUMMORUM PONTIF.

AD VESPERAS & LAUDES, *Hymnus Rex glorióse Præsulum,*
Coróna confiténtium, &c., ut in Communi Plurim. Martyrum ad Laudes, secundum usum antiquum, & in eodem tono, p. 122.

AD MATUTINUM, *Hymnus Ætérrna Christi múnera Et glóriam Pontificum, &c., ut in Communi Apostolorum ad Matutinum, secundum usum antiquum, & in eodem tono, p. 144.*

DIE XI. JULII

IN SOLEMNI COMMEMORATIONE

S. PATRIS BENEDICTI, ABBATIS

Iidem Hymni ac in Festo S. Benedicti, die XXI. Martii; in Hymno Láudibus cives, dicitur : Aurea summi Benedíctus arce Gaudet Olympi.

DOMINICA II. JULII

IN FESTO PATROCINII S. P. BENEDICTI

AD VESPERAS

In tono Láudibus cives, e Festo XXI. Martii, p. 165.

GEMMA cœlestis pretiósia Regis,
Norma justórum, via monachórum,
Nos ab immundi, Benedícte, mundi
Súbtrahe cœno.

Tu solum spernens, cor in astra figens,
Cogis hærédes fieri paréntes,
Vas Deo plenum, reparare fractum
Promeruísti.

Magnus in parvis eremita membris,
Vincis ætatem, súperas labórem ;
Arcta districtæ rudimenta vitæ
Férvidus imples.

Strage saxorum puerum sepultum,
Mox ut orásti, prece suscitasti,
Sensus hinc carni, caro sanitati
Rédditur æque.

Jure sub blandæ spécie columbæ,
Nesciam fellis ánimam sororis,
Summa stellati penetrare cœli
Cúlmina cernis.

Ipse post clarum réferens triúmphum,
Celsa devicto petis astra mundo ;
Luce flammantem radiante callem
Pallia sternunt.

Glória Patri, genitæque Proli,
Et tibi compar utriusque semper
Spíritus alme, Deus unus, omni
Témpore sæcli. Amen.

AD MATUTINUM

In tono solemniori Confessorum ad Laudes, p. 128. Et item ad Laudes.

SIGNIFER invictissime
Sacraeque dux militiae,
Nos Benedicte valido
Precum defende brachio.
His armis exsecrabilem
Leónis vince rábiem,
Quibus olim teterrimam
Pellis ab ore mérulam.
Urticæ junctæ véribus
Vulnus curant vulnéribus;
Flammata mens divinitus,
Ignem extinguit ignibus.
Crucem mittens ut lápi em

Venéni frangit cálicem :
Non valet mortis vásulum
Vitæ ferre signáculum.
Frater, quem tunc nequís-
simus
Vagum raptábat spíritus,
Dum tua virga cæditur,
Stabilitati rédditur.
Deo Patri sit glória,
Ejúsque soli Fílio,
Cum Spíritu Paráclito,
Et nunc & in perpétuum.
Amen.

AD LAUDES

AURORA surgit áurea,
Festa restaurans ánnua,
Cum Benedíctus árduum
Cœli scandit palátium.

Quanta in summis áccipit,
Qui sic in imis cláruit !
Cujus micant prodigia
Per ampla mundi clímata.

Ejus caréntum grátia
Tellus vomit cadávera ;
Devótis unda líquida
Sicca lambit vestígia.

Totius orbis ámbitum
Per solis videt rádium :
Mens in Auctóre pósita
Subjécta cernit ómnia.
Te Pater alme pétimus
Pronæ mentis viscéribus,
Ut cœlum des ascéndere
Quos terram doces spérnere.
Deo Patri sit glória,
Ejúsque soli Fílio,
Cum Spíritu Paráclito,
Et nunc & in perpétuum.
Amen.

DOMINICA II. OCTOBRI

IN FESTO MATERNITATIS B. M. V.

AD VESPERAS, *Hymnus Ave, maris stella, p. 139.*

*Ad Hymnos Completorii & Horarum, cantus & doxologia
ut in Festis B. M. V.*

AD MATUTINUM

*In tono Quem terra, pontus, æthera, p. 140. Et item ad
Laudes.*

CÆLO Redémptor prætulit
Felícis alvum Vírginis,
Ubi futúra víctima
Mortálē corpus índuit.

Hæc Virgo nobis édedit
Nostræ salútis áuspícem,
Qui nos redémit sanguine,
Pœnas Crucémque pértulit.

Spes læta nostro e péctore
Pellat timóres ánxis :

Hæc quippe nostras lácrymas,
Precésque defert Fílio.

Voces Paréntis éxcipit,
Votísque Natus ánnuit,
Hanc quisque semper diligat,
Rebúsque in arctis ínvocet.

Sit Trinitati glória,
Quæ Matris intáctum sinum
Ditávit almo gérmine,
Laus sit per omne sæculum.
Amen.

AD LAUDES

Te Mater alma Núminis
 Orámus omnes súpplices,
 A fraude nos ut dæmonis
 Tua sub umbra prótegas.
 Ob pérditum nostrum genus
 Primi paréntis crímine,
 Ad ínlytum Matris decus
 Te Rex suprémus éxtulit.

Cleménter ergo próspice
 Lapsis Adámi pósteris :
 A te rogátus Filius
 Depónat iram víndicem.
 Glória tibi, Dómine,
 Qui natus es de Vírgine,
 Cum Patre, & Sancto Spíritu,
 In sempitérna sæcula. Amen.
 vel Jesu, tibi sit glória, &c.

DOMINICA III. OCTOBRIS

IN FESTO PURITATIS B. M. V.

AD VESPERAS, *Hymnus* Præclára custos Vírginum, *ut in Festo Immaculatæ Conceptionis B. M. V.*, p. 62.

Ad Hymnos Completorii & Horarum, cantus & doxologia ut in Festis B. M. V.

AD MATUTINUM

In tono Quem terra, pontus, æthera, p. 140.

O STELLA Jacob fúlgida,	Candor sed horum víncitur
O solis instar spléndida	Candore casti péctoris.
Auróra, qua nil púrius	Nostræ Angelórum láudibus
Refúlget inter sídera;	Abjécta tellus ássonans
Stolis amictæ cándidis	Ad astra voces éfferat,
Tibi catérvæ Cœlitum	Et Virginis præcónia.
Plaudunt, sacræque Vírgines	Glória tibi, Dómine,
Laudes perénnes cóncinunt.	Qui natus es de Vírgine,
Quin obsequéntes ófferunt	Cum Patre, & Sancto Spíritu,
Ligústra & alba lilia :	In sempitérna sæcula. Amen.

vel Jesu, tibi sit glória, &c.

AD LAUDES, *Hymnus* O gloriósa, *ut in Festis B. M. V. per annum*, p. 141.

DIE XXIII. OCTOBRIS

(*vel alia die juxta concessum*)

IN FESTO SS. REDEMPTORIS

AD VESPERAS, *Hymnus* Cónditor alme síderum, *vel* Crátor &c., *ut in Dominicis Adventus*, p. 26 *vel* 27, *cum doxologia* Glória tibi, Dómine, *vel* Jesu, tibi sit glória, Qui natus es, &c.

AD MATUTINUM

In tono Verbum supérnum, p. 27.

RERUM Crátor óptime,	Te, sancte Christe, póscimus,
Rectórque noster, ádspice :	Ignósce culpis ómnibus :
Nos a quiéte nóxia	Ad confiténdum súrgimus,
Mersos sopóre líbera.	Morásque noctis rúmpimus.
Mentes manúsque tollimus,	Glória tibi, Dómine,
Prophéta sicut noctibus	Qui natus es de Virgine,
Nobis geréndum præcipit,	Cum Patre, & Sancto Spíritu,
Paulúsque gestis cénsuit.	In sempitérana sæcula. Amen.
	<i>vel</i> Jesu, tibi sit glória, &c.

AD LAUDES, *Hymnus* Jesu, nostra redéptio, *vel* Salútis humánæ Sator, *ut in Ascensione*, p. 49 *vel* 50, (*omissa tertia strophe*), *cum doxologia* Qui natus es.

DOMINICA IV. OCTOBRIS

(*vel alia die juxta concessum*)

IN FESTO SS. RELIQUIARUM

Hymni de Communi Plurimorum Martyrum.

Pro Ordine S. Benedicti, *vide p. 205.*

DIE XXIV. OCTOBRIS

S. RAPHAELIS, ARCHANGELI

AD VESPERAS & MATUTINUM, *Hymnus* Tibi, Christe, splendor Patris, *ut in eodem Festo pro Congregatione Gallica*, p. 203.

AD LAUDES

Tonum require p. 77.

CHRISTE, sanctórum decus Angelórum,
 Rector humáni géneris & Auctor,
 Nobis sacrátum tríbue benígnus
 Scándere cœlum.

Angelum nobis médicum salútis
 Mitte de cœlis Ráphael, ut omnes
 Sanet ægrótos, paritérque nostros
 Dirigat actus.


Hinc Dei nostri génitrix María,
 Totus & nobis chorus Angelórum
 Semper assístat, simul & beáta
 Cóncio tota.

Præstet hoc nobis Déitas beáta
 Patris, ac Nati, paritérque Sancti
 Spíritus, cujus réboat in omni
 Glória mundo. Amen.

MODUS RESPONDENDI *AMEN*


IN FINE CUJUSLIBET HYMNI SECUNDUM DIVERSOS TONOS

I. & II.




Amen.

III. & IV.




Amen.

V. & VI.




Amen.

VII. & VIII.



Amen.





INDEX ALPHABETICUS

OFFICIORUM ET FESTORUM

QUORUM HYMNI IN HOC VOLUMINE CONTINENTUR

ADVENTUS ad Matutinum	27	Crucis Exaltatio	101
— ad Laudes	28	— Inventio	75
— ad Vespertas	26	Cyrilli & Methodii, Epp. Cff.	93
Angelorum Custodum	104	DEDICATIO ECCLESIE	136
Anscharii, Ep. Cf.	156	Dedic. S. Michaelis	104
Anselmi, Ep. Cf. Doct.	167	Dionysii & Soc. MM.	203
Apostolorum (Commune)	112	Dolorum (VII. B. M. V. <i>Pass.</i>)	72
— (<i>id. Temp. Pasch.</i>)	115	Dolorum (VII. B. M. V. <i>Sept.</i>)	101
Apparitio S. Michaelis, Arch.	75	Dominica ad Matutinum	1
Ascensio D. N. J. C.	49	— ad Laudes	3
Augustini Cantuar. Ep. Cf.	177	— ad Vespertas	18
Auxiliatricis (B. M. V.)	172	ELISABETH, Reg. Portugal.	94
BENEDICTI, Abb. Natalis	165	Epiphania Domini	34
— — Translatio	188	Evangelistarum (Comm.)	112-115
— — Illatio	143	Exaltatio S. Crucis	101
— — Comm. solem.	233	Exspectatio Partus B. M. V.	145
— — Patrocinium	233	FERIA iij. ad Matutinum	6
— — Offic. Votiv.	218	— ad Laudes	7
Bernardi, Abb. Doct.	194	— ad Vespertas	19
Bonifacii, Ep. M.	182	Feria iij. ad Matutinum	8
CÆCILIE, V.	217	— ad Laudes	8
Cathedra S. Petri Antioch.	69	— ad Vespertas	20
— — Romæ	65	Feria iv. ad Matutinum	9
Clotildis, Reginæ	179	— ad Laudes	9
Commem. Solemn. S. Benedicti	233	— ad Vespertas	20
Commem. Passionis D. N. J. C.	221	Feria v. ad Matutinum	10
Commem. S. Pauli Ap.	90	— ad Laudes	10
Completorium	23	— ad Vespertas	21
Conceptio Immacul. B. M. V.	62	Feria vij. ad Matutinum	11
Confessorum (Commune)	123	— ad Laudes	12
Conversio S. Pauli, Ap.	67	— ad Vespertas	22
Cordis Jesu	80	GABRIELIS, Archang.	163-231
Cordis Jesu (<i>pro aliq. locis</i>)	232	Gertrudis Magnæ, V.	212
Coronæ Spineæ D. N. J. C.	226	Gervasii & Protasii, MM.	185
Corporis Christi	59	Gregorii Magni, Pp. Cf.	162

Gregorii VII. Pp. Cf.	174	Omnium Sanctor. O. S. B.	210
HERMENEGILDI, M.	73	Omnium SS. Pontif. S. R. E.	233
Hilarii, Ep. Cf. D.	147	Orationis D. N. J. C.	219
Hugonis, Abbatis	169	PASCHALE (Tempus).	45
ILLATIO S. P. Benedicti	143	Passionis (Tempus)	40
Innocentium MM.	32	Passionis D. N. J. C. (Comm.)	221
Inventio S. Crucis	75	Patrocini S. Benedicti	233
Irenæi, Ep. M.	187	Patrocini S. Joseph	75
JOANNIS BAPTISTÆ Nativitas	82	Pauli Ap. Conversio	67
Joannis Cantii, Cf.	106	— — Commem.	90
Joseph, Sponsi B. M. V.	69	Pentecostes	52
— Patrocinium	75	Perpetuae & Felicitatis, MM.	159
Julianæ de Falcon. V.	81	Petri ad Vincula	97
Juliani, Ep. Cf.	154	Petri & Pauli	86
LANCEÆ & CLAVORUM D. N. J. C.	227	Pothini & Soc. MM.	178
Leonis III. Pp. & Cf.	184	Prima	14
Ludovici, Regis	196	Puritatis B. M. V.	236
MAIOLI, Abbatis	171	QUADRAGESIMÆ (Tempus)	36
Mariæ Virg. Festa per annum	139	Quinque Plagarum D. N. J. C.	231
— — Concept. Immacul.	62	RADEGUNDIS, Reginæ	193
— — VII Dolor. (<i>Pass.</i>)	72	Raphaelis, Archang.	203-238
— — VII Dolor. (<i>Sept.</i>)	101	Redemptoris SS.	237
— — Exspect. partus	145	Reliquiarum SS.	205-237
— — Auxil. Christian.	172	Remigii, Ep. Cf.	200
— — Maternitatis	235	Reparat. Injuriarum	224
— — Puritatis	236	Roberti, Abbatis	172
— — Offic. in Sabbato	141	SABBATO ad Matutinum	13
— — Offic. Parvum	142	— ad Laudes	13
Mariæ Magdalenæ	95	— ad Vespertas	22
Martinæ, V.	67	Sanguinis pret. D. N. J. C.	90-231
Martini, Ep. Cf.	208	Sexta	17
Martyris (Comm. Unius)	117	Scholasticæ, V.	157
Martyrum (Comm. Plurim.)	119	Sindonis D. N. J. C.	228
Martyrum (Comm. Temp. Pasch.)	118	TERESIÆ, V.	106
Mauri, Abbatis	149	Tertia	15
Mauricii Soc. MM.	197	Thomæ Cant. Ep. M.	146
Michaelis Arch. Apparitio	75	Transfiguratio D. N. J. C.	99
— — Dedicatio	104	Translatio Domus Lauret.	219
NATIVITAS D. N. J. C.	30	Translatio S. P. Benedicti	188
Nominis Jesu	63	Trinitatis SS.	57
Nona	17	VENANTII, M.	78
Non Virginum (Commune)	133	Vincentii a Paulo, Cf.	190
ODILONIS, Abbatis	152	Vitoni & Hydulphi, Epp. Cff.	206
Omnium Sanctorum	108	Virginum (Commune)	130

INDEX ALPHABETICUS HYMNORUM

AD CENAM Agni providi	48	BEATA nobis gaudia	55-56
Adeste, Sancti plurimo	206	Beate Pastor Petre	90
Ad quas, orba viro	181	CHRISTE Redemptor, <i>Nativit.</i>	30
Ad regias Agni dapes	48	Christe Redemptor, <i>Omn. SS.</i>	108
Ad sacras Virgo thalamos	213	Christe, Sanctorum, <i>S. Gabriel.</i>	164
Adsis Thoma, Dei	146	Christe, Sanctorum, <i>S. Michael.</i>	77-78
Adspice, infami Deus	222	Christe, Sanctorum, <i>S. Raphael.</i>	238
Adspice ut Verbum	219	Christi Sponsa, piis	159
Æterna Christi munera, Apost.	114	Christo profusum sanguinem	121
Æterna Christi munera, Mart.	121	Claris conjubila, <i>Illat. S.P.B.</i>	143
Æterna cœli gloria	12	Claris conjubila, <i>Transl. S.P.B.</i>	188
Æterne rerum Conditor	3-4	Claro Paschali gaudio	116
Æterne Rex altissime	51	Clavibus sacris coruscans	184
Æterni Patris Unice	96	Cœlestis agni nuptias	81
Ales diei nuntius	8	Cœlestis urbs Jerusalem	136
Almæ clientem Virginis	172	Cœli Deus sanctissime	20-21
Alto ex Olympi vertice	138	Coeli Perpetuæ panditur	160
Amor Jesu dulcissime	100	Cœlitum Joseph decus	70
Anglorum jam Apostolus	162	Çœlo Redemptor prætulit	235
Angularis fundamentum	137	Conditor alme siderum	26
Anschari pater optime	156	Consors paterni luminis	8
Antra deserti	83-84	Cor, arca legem continens	80
A solis ortus cardine	31-32	Corpus domas jejuniis	107
Athleta Christi nobilis	79	Creator alme siderum	27
Athletas fidei	186	Crudelis Herodes Deum	34
Auctor beate sæculi	81	Custodes hominum	104
Audi benigne Conditor	36	DECORA LUX æternitatis	88
Audit tyrannus anxius	32	Deus tuorum militum	117
Aurea luce & decore	86	Divine ductor Raphael	204
Aurora coelum purpurat	47	Doctor egregie Paule	89
Aurora jam spargit polum	13	Domare cordis impetus	94
Aurora lucis rutilat	46	Dum nocte pulsa lucifer	79
Aurora surgit aurea	235	Ecce jam noctis tenuatur	5
Ave, maris stella	139	Ecce jam tristes abiere	207
Avete, solitudinis	210	Edocet subditos verbis	170

Egregie Doctor Paule	90	Jam sol recedit, <i>Sabb.</i>	23
En adest Pastor vigil	175	Jam sol recedit, <i>Trinit.</i>	57
En clara vox redarguit	29	Jam toto subitus	102
En pedum gestans	216	Jesu corona celsior	128-129
En ut superba criminum	80	Jesu corona cœlitum	210
Exite Sion filiae	226	Jesu decus angelicum	65
Ex more docti mystico	37-38	Jesu dulcis amor meus	230
Ex quo Relligio	147	Jesu dulcis memoria	63
Exsultet cœlum laudibus	112	Jesu nostra redemptio	49
Exsultet orbis gaudiis	113	Jesu Redemptor, <i>Nativ.</i>	31
Festivis resonent	90	Jesu Redemptor, <i>Conf. P.</i>	126-127
Filius lucis radians	153	Jesu Rex admirabilis	64
Fœcunda Sanctis insula	177	Jesu salus credentium	155
Fortem fidelem militem	203	Jesu salvator sœculi	109
Fortem virili pectore	133-134	LACTE quondam profluentes	195
Fortis en Praesul	167	Laudibus cives	165
Francicæ lumen	150	Legis figuris pingitur	226
GEMMA cœlestis, <i>Illat. S.P.B.</i>	145	Lucis Creator optime	18
Gemma coelestis, <i>Patroc. S.P.B.</i>	233	Lustra sex qui jam peregit	44
Gentis Polonæ gloria	107	Lustris sex qui jam peractis	43
Gertrudis arca Numinis	212	Lux alma Jesu mentium	100
Gloriam sacrae	228	Lux ecce surgit aurea	10-11
Grates tibi, Jesu, novas	185	Luxit clara dies	161
HÆC EST DIES qua candidæ	106	Lux o decora patriæ	94
Hominis superne Conditor	22	Lux tibi currit	154
Hostis Herodes impie	34	MAGNÆ Deus potentiae	21
Hugo pius Pater	169	Maiole consors procerum	171
Hujus obtentu	135	Maria castis oculis	96
Hujus oratu	135	Martinæ celebri	67
Hymnis adeste Cœlites	155	Martine par Apostolis	209
Hymnis angelicis	158	Martyr Dei qui unicum	118
IMMENSE cœli Conditor	19	Martyr Dei Venantius	79
Insigne Francorum jubar	200	Maure qui Francis	151
Inter æternas	167-189	Maurum concelebra	149
Inviète Martyr unicum	118	Mella cor obdulcantia	162
Ira justa Conditoris	91	Memento rerum Conditor	142
Iste Confessor Domini	123-126	Memento salutis auctor	142
Iste quem læti	71	Mira nocturnis	213
JAM, BONE PASTOR PETRE	88	Miris modis repente	98
Jam Christe sol justitiae	38	Mœrentes oculi	221
Jam Christus astra ascenderat	54	Mox ad theatrum prodiens	178
Jam lucis orto sidere	14	Mysterium mirabile	229
Jam noctis umbræ concidunt	159	NARDO Maria pistico	96
Jam Regina discubuit	194	Nocte surgentes	2-3

Index Hymnorum


243

Non fraus magnanimum	148	QUÆNAM lingua tibi	227
Non illam crucians	68	Quæ nunc bella strepunt	180
Non profanorum	215	Quem terra, pontus, æthera	140
Norma tu vitæ	151	Quem terra, pontus, sidera	140
Novamne das lucem Deus	225	Quicumque certum quæritis	232
Nox atra rerum contegit	10	Quicumque Christum quæritis	99
Nox & tenebæ & nubila	9-10	Quidquid antiqui	166
Nullis te genitor	74	Quid truces iras	197
Nunc ad coronas pergitæ	217	Quis dabit profunda nostro	224
Nunc ad Sicelidem	201	Quis novus cœlis	190
Nunc decet Patres	206	Qui te posthabitis	150
Nunc Sancte nobis Spiritus	15	Quodcumque in orbe	66
Nunc te flebilibus	225	Quodcumque vinclis	65
O AGAUNENSIS seges	199	Quod jubar Gallis	187
O gloria Domina	141	RECTOR POTENS, verax Deus	17
O gloria Virginum	141	Regali de stirpe	193
O lux beata Trinitas, <i>Sabb.</i>	22	Regali solio fortis	73
O lux beata Trinitas, <i>Trinit.</i>	57	Regis superni nuntia	106
O nimis felix	84-85	Rerum Creator optime, <i>Fer. IV.</i>	9
O nox splendidior	185	Rerum Creator optime, <i>SS. Red.</i>	237
Opes decusque regium	95	Rerum Deus tenax vigor	17
O qui supernæ	191	Rex Christe Martini decus	209
O quot undis lacrymarum	101	Rex gloriose Martyrum	122
Orbis patrator optime	105	Rex sempiterne cœlum	46
O robur Domini	163	Rex sempiterne Domine	45
O sola magnarum urbium	35	Rex summe regum	196
O sol salutis intimis	39	SACRIS SOLEMNIIS	60
O stella Jacob fulgida	236	Sæpe dum Christi	172
O vos unanimes	205	Sævo dolorum turbine	223
PANGE lingua gloriosi, <i>Pass.</i>	41	Salutis æternæ dator	110
Pange lingua gloriosi, <i>Corp. Ch.</i>	59	Salutis humanæ sator	50
Paschale mundo gaudium	116	Salve Franciadum gloria	179
Pater superni luminis	95	Salvete cedri Libani	211
Petrus beatus	97	Salvete Christi vulnera	92
Placare Christe servulisi, <i>Omn. SS.</i>	109	Salvete Clavi & Lancea	228
Placare Christe, <i>S. Gabriel.</i>	231	Salvete flores Martyrum	33
Plasmator hominis Deus	22	Salvete magni Præsules	208
Pontifex magnus	176	Sancta Mater istud agas	73
Præbe Thoma viam	146	Sanctorum meritis inclyta	119-120
Præclara Custos Virginum	62	Sedibus cœli nitidis	93
Præsulis exsultans	182	Septennis Placidus	200
Primo die quo Trinitas	2	Signifer invictissime	234
Primo dierum omnium	1	Somno refectis artibus	6
Pugnæ tempus adest	202	Splendor paternæ gloriæ	7

Stabat Mater dolorosa	72	Tibi Christe splendor, <i>S. Gabriel.</i> 163
Summæ Deus clementiæ, <i>Sabb.</i>	13	Tibi Christe splendor, <i>S. Michael.</i> 75
Summæ Deus clementiæ, <i>Trinit.</i>	57	Tibi Christe splendor, <i>S. Raphael.</i> 203
Summæ Deus clementiæ, <i>VII. Dol.</i> 103		Tinctam ergo Christi 228
Summæ Paren's clementiæ, <i>Sabb.</i> 13		Tristes erant Apostoli 115-116
Summæ Paren's clementiæ, <i>Trinit.</i> 58		Triumphat mundi principem 178
Summi Parentis Filio	232	Tu natale solum protege 68
Summi Parentis unice	97	Tu Trinitatis Unitas, <i>Fer. vj.</i> 11
Summi Sacerdos Numinis	178	Tu Trinitatis Unitas, <i>Trinit.</i> 58
Te BEATA Sponsa Christi	157	URBS JERUSALEM beata 136
Te Deo charum	152	Ut nunc ab alto prævia 192
Te deprecante, corporum	107	Ut queant laxis resonare 82
Te Joseph celebrent	69	VENI CREATOR SPIRITUS 52-53
Telluris alme Conditor	20	Venit e cœlo mediator 220
Telluris ingens Conditor	20	Verbum supernum, <i>Advent.</i> 27-28
Te lucis ante terminum	23-24	Verbum supernum, <i>Corp. Ch.</i> 61
Te Mater alma Numinis	236	Vexilla Regis prodeunt 40-41
Te Redemptoris Dominique	173	Virginis Proles, <i>Virg. Mart.</i> 131-132
Terrena cessent organa	217	Virginis Proles, <i>Virg. tant.</i> 132-133
Te sancte rursus, Ludovice	196	Virgo Virginum præclara 73
Te splendor & virtus Patris	76	Vocibus lætis tua festa 214
Te triumphanti celebramus	174	Vox clara ecce intonat 28

EMENDANDA

Pag. 34, lin. 6, cantabis :



Qui regna

Pag. 152, post die XIX. Januarii, *dele* : Suppl. M.

Pag. 171, post die XI. Maii, *dele* : Suppl. M.

Pag. 210, post Ad Vesperas, *adde* : Br. M.

Pag. 212, post die XVII. Novembbris, *adde* : Br. M.

Pag. 214, post die XVIII. Novembbris, *adde* : Suppl. M.

OUVRAGES
SUR
LE CHANT GRÉGORIEN

